SYNODUS.

DIOECESANA

AB EMINENTISS. ET REVERENDISS. DOM.

D. IACOBO

Tit. SS. Petri, & Marcellini, S. R. E. Presbytero Cardinali Cantelmo Archiepiscopo Neapolitano,

In Metropolitana Ecclesia Neapolis celebrata Dominica Pentecostes, ac duobus insequentibus Festis, 30. & 31. Maji, & 1. Iunii Anno Domini M. DC. XCIV.

INNOCENTIO XII.
Pontifice Maximo.



ROMÆ. Ex Typographia Rev. Cameræ Apostolicæ 1694.

Digitized by Google

ACTA

Primæ Diœcesanæ Synodi ab Eminentissimo, & Reverendiss. Dom. Cardinali Cantelmo Archiepisc. Neap. celebratæ, diebus 30. & 31. Maji, & prima Iunii M. DC. XCIV.

Acta Synodum præcedentia.

EMinentissimus Dominus Cardinalis Cantelmus Archiepiscopus Neapolitanus, universa jàm ferè Diœcesi Pastoralis Visitationis munere perlustrata, primam Synodum coacturus, Presbyteros nonnullos, tàm Seculares, quàm Regulares, Sacræ Theologiæ, ac Sacrorum Canonum peritia, atque spiritualis, & Ecclesiasticæ disciplinæ experientia præditos elegit, de quorum consilio ad singula disponenda procederet.

Sed quoniàm Synodum ad Sacrum Pentecostes Festum evocari præfixum fuerat, idcircò ad Carem. Episc. præscriptum lib. 1. cap. 31. in die Epiphaniæ, dùm ab Hebdomadario in Ecclesia Cathedrali, de more, Pluviali induto, intrà Missarum solemnia, incipientis anni 1694. è suggesto mobilia Festa denunciarentur, ad Pontificalis normam interjecta fuere, quo contigerat loco: Post Pascha Diœcesana Synodus habebitur.

Ut verò res tota ab Divino Paraclito Spiritu, qui dator est luminis, sumeret omne principium, à Dominica in Albis transmissa fuit schedula ad omnes Ecclesias, etiàm Regularium, ut in singulis Sacrificiis collecta fieret de Spiritu Sancto, quousque Synodus haberetur: necnòn, ut quivis ad Synodũ accessurus legitimè vocaretur, ac Populus universus rem Domino suis adhùc precibus cõmendaret, publicatum fuit sequens Edictum Typis traditum, quod postquàm lectum fuit in eadem Cathedrali intrà Missarum solemnia, eadem Dominica, quæ fuit die 18. Aprilis, Parochialibus etiàm Ecclesiis, aliisque locis consuetis affixum fuit, nè quis posset se per ignorantiam excusare.

Digitized by Google

EDICTVM CONVOCATIONIS DIOECESANÆ SYNODI.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

IACOBVS, MISERATIONE DIVINA, TIT. SS. PETRI, ET MARCELLINI, S.R.E. PRESBYTER CARDINALIS CANTELMVS ARCHIEPISCOPVS NEAPOLIT.

CUM, favente Deo, in sancta universæ Diœcesis Visitatione concreditum pastorali nostræ solicitudini dilectissimum Gregem numero, pietateque præcellentem, perlustrare, atque præcipuas Episcopalis Ministerii, quod immeriti aggressi sumus, partes, quantum imbecillitati nostræ licuit, implere conati simus, impræsentiarum intimo animi sensu recolentes charitatem perpetuam, qua supremus, Divinusque Pastor animam suam posuit pro Ovibus suis, & super nonaginta novem, vel unicam prædilexit, propriisque humeris imposuit, singulas Oves, præsertim aberrantes, in Caulam Domini manuducere nitimur. Idcircò Apostolicis Institutis, ac Sacrosancti Concilii Tridentini Sanctionibus morem gerentes, exemplo Pastorum, qui loquebantur ad invicem, ut Christum natum invenirent, primarios Ecclesiæ Administros, animarumque Pastores, qui in partem solicitudinis vocati sunt, in Dioecesana Synodo congregare statuimus, ut omnes unanimiter alloquentes Christum Dominum edocentem in Templo audiant, mandatorum legem cordibus infigant, atque animarum sibi commissarum pretium seriò perpendant, nè supremus Judex è manibus eorum sanguinem, jacturamque requirat. Quapropter Prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, & summa, qua decet, veneratione obsequentes Oraculis, sanctisque legibus, quas sub faustissimo hujus Metropolitanæ Præsulatu sancivit Sanctissimus D.N. Innocentius XII. priusquàm in supremam Universalis Ecclesiæ speculam conscenderet, ad earundem Legum, & Constitutionum observantiam, quæ nonnullis additamentis, prævio nostræ

Sy-

Digitized by Google

Synodalis Congregationis examine præscriptis, roborantur, Ordinem Ecclesiasticum charismata meliora æmulantem, universumque Gregem, cujus forma facti sumus ex animo, in Domino exhortamur.

Primam igitur Cleri nostri Diœcesanam Synodum ad Omnipotentis Dei Gloriam, ac sub Deiparæ semper Virginis Mariæ, Divi Januarii, ac aliorum Patronorum, & Beatorum præsertim hujus Ecclesiæ Prædecessorum nostrorum Antistitum, Patrociniis, ad Ecclesiasticæ disciplinæ reformationem, morum correctionem, Divinique cultus augmentum, & ad præfati Gregis nostri salutem, Episcopali prædicta, & qua fungimur authoritate celebrandam indicimus, eamque pariter ad diem trigesimam mensis Maji currentis anni 1694. quæ erit Dominica Pentecostes, ad nostram, de more, Metropolitanam Ecclesiam convocamus, sicuti, præsentium tenore, indictam, & convocatam esse denunciamus.

Proindè omnes, & singulos Dilectos Nobis in Christo Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ nostræ præfatæ, & aliarum Collegiatarum, & Parochialium, & quarumvis Ecclesiarum, Cappellarum, & locorum nostræ Civitatis, & Diœcesis Abbates, Archipresbyteros, Rectores, Sacristas, Cappellanos, Hebdomadarios, Confratres, Presbyteros, & Clericos Curatos, & non Curatos, Portionarios, & Beneficiatos quoscumque, & alios, qui in hujusmodi nostra Synodo de jure, vel consuetudine, aùt ex Privilegio interesse debent, vel possunt, requirimus, hortamur, & admonemus: & nihilominùs eis, & eorum singulis in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub excommunicationis, & aliis censuris, & pœnis à jure, vel consuetudine in celebrationibus Synodorum Diœcesanarum adversùs non accedẽtes ad eas ferri, & proponi debitis, & consuetis, mandamus, strictèque præcipimus, ut per semetipsos canonico, aùt legitimo impedimento minimè detenti, de quo docere teneantur, ac tùnc per speciales Nuncios, aùt Procuratores huic Sanctæ Synodo celebrandæ omninò adesse, & interesse debeant, atque hora undecima de mane ad prædictam Nostram Ecclesiam cum honesto Clericali habitu, atque superpelliceis mundis accedant, nèc ab ea discedere, aùt abi-

Digitized by Google

abire, nisi eadem Synodo dimissa, & absoluta, ullo modo possint, aùt valeant.

Hortamur prætereà præfatos omnes, alioſque Eccleſiaſtici Ordinis, tùm Seculares, tùm Regulares, ut ſi quid ſinguli in proxima Synodo corrigendum, vel decernendum prò ſuæ conſcientiæ, ac prudentiæ dictamine duxerint, maturè ad Nos, vel Vicarium noſtrum ſcripto deferre non deſinant, ut pro rei qualitate, quod fuerit expediens, decernamus.

Per præſentes igitùr demandamus, ut poſt indictam, promulgatamque hanc Synodi convocationem in omnibus hujus Civitatis, ac Diœceſis Eccleſiis Parochialibus, quoàd ipſa Synodus abſoluta fuerit, Miſſa de Spiritu Sancto, vel ſaltèm oratio, ſi ſolemnitas occurrentis feſti prohibeat, dicatur.

Ac tandèm Chriſti fideles quoſcumque monemus, atque in Domino ferventèr hortamur, ut poſthàc ſuis ardentiſſimis precibus, Sacerdotes præſertim in Sacroſanctis Miſſarum actionibus, ad quod opus aggredimur, à Deo Optimo Maximo auxilium implorare ſtudeant, ut in iis, quæ neceſſaria fuerint, promovendis, vel decernendis, aùt exequendis, adeſſe Nobis Divini ſui Spiritus lumine dignetur, ad hoc, ut Civitas, & Diœceſis hæc ſalutaribus noſtris admonitionibus erudita, fructus in Domino afferat uberiores.

In quorum omnium, ac ſingulorum fidem has literas noſtra, ac infraſcripti Actorum Magiſtri manu ſignatas confici, ſigilloque noſtro muniri, ac promulgari, noſtræque Metropolitanæ, ac Parochialium Eccleſiarum valvis, aliiſque locis conſuetis publicè affigi, & affixas remanere, juſſimus, quatenùs omnes, ac ſingulos, quorum intereſt, afficiant, moneantque, ſicùt forent ipſorum cuipiam perſonalitèr denunciatæ. Datum ex noſtro Archiepiſcopali Palatio Neapolitano die nona Aprilis anno Domini 1694. Pontificatus verò Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D.N.D. Innocentii Divina Providentia Papæ XII. anno tertio.

J. CARDINALIS CANTELMVS ARCHIEP.

Loco Sigilli.

Ioſeph Preti pro Curia Act. Mag.

Per

Digitized by Google

Per oblatum autè, scilicèt Dominica infrà Octavam Ascensionis, 23. Maji, ab eodem Hebdomadario, modo, quò suprà similitèr cum cantu enunciata fuit sequens postrema monitio.

NOveritis, Fratres charissimi, quod, annuente Dei misericordia, Dominica sequenti Sanctissimæ Pentecostes, die trigesima hujus mensis Maji, ad ejusdem Dei Omnipotentis, B. Mariæ Virginis, Sancti Ianuarii, aliorumque Sanctorum hujus Ecclesiæ Antistitum, ac Patronorum laudem, Diœcesana Synodus habebitur. Piis igitur vestris precibus instate, dilectissimi, ut Civitas, & Diœcesis hæc salutaribus vitæ Christianæ institutis augeatur, & suffragantibus eorundem Sanctorum meritis, ex iis uberiores fructus in dies ferat in Domino: cui est honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

Eadem paritèr die evulgata similitèr fuit Instructio adhùc Typis tradita, ut Clerus in re passim non obvia paratus, & edoctus accederet, tenoris sequentis.

INSTRVCTIO CLERI DE METHODO SYNODALI.

IACOBVS, MISERATIONE DIVINA, TIT. SS. PETRI, ET MARCELLINI, S.R.E. PRESBYTER CARDINALIS CANTELMVS ARCHIEPISCOPVS NEAPOLIT.

INstante Synodali die, quam ad Sacrosanctæ Pentecostes Dominicam, quæ erit 30. Maji currentis, per peculiares nostras Indictionis, & Convocationis primæ nostræ Diœcesanæ Synodi promulgatas literas sub die 9. Aprilis proximè lapsi singulis præfiximus, qui aliàs de Iure, vel Consuetudine ad eam accedere tenentur, ùt Clerus noster ad Synodales ejusmodi congressus, favente Domino, instructior accedat, de subsequentibus eum præmonendum omninò censuimus.

Accedant omnes, qui interesse debent, cum vestibus talaribus, & birretis, ac superpelliceis mundis.

Prima Synodi die singuli ad aulam Palatii nostri accedant, ùt eorum comitatu præcedente, Canonicis verò Ecclesiæ nostræ Cathedralis subsequentibus, ad Ecclesiam descendamus: Quod

in

in regreſſu ab eadem Eccleſia, poſtrema ſeſſione completa, pariter fiet.

Qui, Beneficio obtento, nondùm in Synodo Fidei profeſſionem emiſit, ferat ſecùm ſchedulam, in qua ſcriptum ſit ejus nomen, & cognomen, cum titulo Beneficii, unius, vel plurium, quam, profeſſione emiſſa, tradet Synodi Notario.

Dùm Clerus ſigillatim vocabitur in fine ultimæ ſeſſionis, ſinguli vocati reſpondeant, *Adſum*, & obedientiam præſtent, ùt à Magiſtris Cæremoniarum eis inſinuatum fuerit.

Parochi antequàm è ſuis Eccleſiis abſcedant, Sacramentorum adminiſtrationem, necnòn ægrotantium curam, in eorum abſentia, alteri Presbytero ad Confeſſiones approbato committant.

Ad Synodalem actionem hora 11. ſinguli ſolicitè veniant, àc ordine conſedeant à Magiſtris Cæremoniarum præſcripto, cùm ceteroquìn, tàm in incedendo, quàm in ſedendo, & in actionibus quibuslibet, nullum ex his velimus cuiquam præjudicium generari.

A confabulationibus, reique Synodalis perturbationibus, prorsùs abſtineant, ſilentium obſervantes, tùnc maximè cum aliquid, vel à Nobis, vel à ſuggeſto, pronunciatur, edicitur, aùt legitur.

Omnes attenti ſint, & Clericis deputatis pareant, ùt cùm ſtandum eſt, ſtent, cùm genua flectenda, flectant, cùm ſedendum, ſedeant, cùm accedendum, accedant.

Nullus à ſuo loco diſcedat, antequàm, poſt noſtrum à loco ſeſſionali diſceſſum, fuerit actio perſoluta: aùt niſi aliàs neceſſarium fuerit, petita tamèn licentia à noſtro Vicario Generali, aùt ad hoc Deputatis. Diſcedant verò ſinguli non raptim, àc turbulentèr, ſed gravi, decoroque inceſſu.

Precum Synodalium tabellam nupèr impreſſam, aùt Breviarium habere ſatagant, ùt quæ alternatim concinenda ſunt, quiſque promptiùs habeat.

In Proceſſione Synodum antecedente, quæ, nè tempus protrahatur, per ipſam Eccleſiam habebitur, Cruces Parochiales, de more præcedant, Clerus ordine ſequatur, eaque, ùt par eſt, de-

Digitized by Google

devotione, ac modestia. Intrà Ecclesiam aperto sint capite, Hymnosque, & Psalmos in eadem Tabella præscriptos, attentè canant.

Omnes præterea in orando, procedendo, consedendo, aùt alio quovis tempore, quod fuerit eis à Magistris Cæremoniarum præscriptum, ritè, ac devotè faciant.

Pro excusationibus recipiendis, ac penès acta Synodi admittendis, vel non, eorum, qui à Synodo, ex impedimento legitimo, aliavè de causa, excusari debere, aùt posse prætenderint, proùt aliàs in Edicto monuimus, deputamus nostrum Vicarium Generalem, cujus paritèr erit supèr eorum, quos ex rationabili causa ab aliqua sessionali actione abesse contingat, excusationibus providere.

Ea denique singuli caveant, quæ Ecclesiasticæ disciplinæ, actionisque Synodalis dignitati, locique veneratione minimè congruunt. Qui verò aliàs, quàm præscriptum est, peragere ausi fuerint, pœnis ad nostrum arbitrium, dùm certiorati fuerimus, punientur.

Præsentes igitùr nostras Instructionis litteras, de more, promulgandas jussimus, ùt singulos super eadem Synodali methodo instruant, & admoneant. Datum ex nostro Palatio Archiepiscopali Neap. die 23. Maji 1694.

I. CARDINALIS CANTELMVS ARCHIEP.

Promulgata itidèm fuit per schedulas impressas Plenaria Indulgentia à SS. Domino Innocentio XII. cum suo Brevi concessa Ecclesiam Cathedralem, durante Synodo, visitantibus, atque orantibus, ùt in eodem Brevi exprimitur.

Constituta die, Parochi omnes Civitatis, ac Diœcesis per circulares D. Vicarii Gener. Epistolas vocati fuere (substitutis tamèn aliis idoneis, & approbatis Presbyteris prò ingruentibus animarum curæ periculis) ùt ad Cappellam Palatii Archiepiscopalis convenientes, scamnis pro eorum confessione dispositis, Eminentissimo Archiepiscopo in capite Cappellæ, cum suis Consultoribus hinc indè considente (quod peractum fuit) possent singuli, si quid eis occurreret pro Synodo compilanda prudenter, ac ordinatè referre: quibus benignè, ac si-

Digitized by Google

gillatim auditis, congressus dimissus fuit, ut quisque, ac præsertim rurales Parochi ad suas quantocius Ecclesias regrederentur.

Die Synodum præcedente, Ecclesia Cathedrali Ritu solemniori ornata, Synodalis Consessus dispositus fuit, modo, quo infrà, atque post Vesperas ab eodem Eminentissimo solemniter celebratas, & Completorium, celebratum paritèr fuit Matutinum, & Laudes de Festo Penteeostes, ùt insequentis diei functionibus majus temporis spatium remaneret.

APERITIO SYNODI.

Prima Sessio Synodalis die 30. Maji, Dominica Pentecostes.

POst horam undecimam Eminentiss. Archiepiscop. Capua indutus, Clero Synodali antea in aula sui Palatii recollecto præcedente, nimirùm Clericis, ac Beneficiatis cum superpelliceis, Parochis verò etiàm cum Stolis, indè Canonicis Collegiatæ S. Ioannis Majoris cum propriis Insignibus, atque Clericis Seminarii Archiepisc., Presbyteris 40. nuncupatis, atque Habdomadariis, aliisque viris Nobilibus, unà cum Synodi Consultoribus, Cruce Archiepiscopali præeunte, subsequentibus verò Prælatis nonnullis, atque Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, ab eodem Archiepiscopali Palatio ad ipsam Ecclesiam Cathedralem descendit, & postquàm aliquantulum antè Sanctissimum oravit, accessit ad Cappellam propè Seminarium; ubi dùm Nona cantabatur (Missa enim, etsi currentis diei, utpotè tamen Synodalis, censebatur votiva solemnis) Pontificaliter paratus fuit, Canonicis paritèr paratis sacris vestibus cujusvis ordini congruentibus. Propter Festum verò incidens, & Missam Pontificalem Eminentissimus Archiepiscopus etiàm Pallio usus fuit.

Interìm ordinata fuit Processio per ipsam Ecclesiam, propter temporis angustiam; præcedentibus quatuor Crucibus Ecclesiarum Parochialium, ùt moris est, sub quibus Clerus universus, ac Parochi, posteà Canonici Collegiatæ S. Ioannis Majoris sub propria Cruce, post quos insequebatur Crux Ecclesiæ Cathedralis cum Clericis Seminarii, qui, ex antiqua consuetudine, non sejunguntur à Clero ejusdem

Digitized by Google

dem Cathedralis, postèà Præsbyteri 40. prædicti, atque Hebdomadarii, denique sub Cruce Archiepiscopali per Subdiaconum paratum delata, Canonici similitèr parati, ac ipse Eminentissimus Archiepiscopus. Ex tabella verò impressa alternatim cantatus fuit Hymnus, Veni Creator Spiritus, & Psalmus 67. Exurgat Deus; post quæ singuli loca cuivis dispositæ petiere.

Synodalis tamèn Consessus ità dispositus, & concinnatus erat. Thronus Eminentissimi solemnitèr erat paratus, ac similitèr Marmoreum suggestum: intèr Thronum præfatum, & gradus, quibus ascenditur ad Altare majus, in medio aderat faldistorium paratum: hinc indè scamna cũ suppedaneis panno viridi cooperta pro Canonicis Cathedralis, à tergo Canonicorum ex utraque parte sedebant Hebdomadarii, post ipsos verò à tergo Presbyteri 40., apud quos etiã hinc indè Clerici Seminarii Archiep. In scamno strato decentiori exornato ab eodem Throno ad suggestum considebant Domini Episcopi, quĩ honoris causa intervenerant; à quorum tergò Consultores Synodales, tàm seculares, quàm Regulares, prætèr eos, qui erant ex Canonicis. Post ipsos verò, scamnis ulterioribus dispositis, sedebant priùs Canonici Collegiatæ, postèà Parochi, deindè ceteri de Clero, qui etiã Chori Stabilia loca paritèr occupabant; laicis exclusis ab eo Synodali consessu, qui scãnis circũpositis undiq; claudebatur. Ad pedes verò Throni Archiepiscopalis ex parte dextera in sede peculiari sedebat Dom. Vicarius Gener., apud quem Synodi Notarius: E regione verò ipsius Throni in scamno peculiari sedebant Canonici Promotor, ac Secretarius Synodi, postquàm ad id electi fuere, suis adhùc paramentis induti.

Dùm Eminentissimus Archiepiscopus ad Altare pervenit, Missam Pontificalem incœpit, quæ cum cantu solemnitèr celebrata fuit: benedictione tamèn omissa, quam daturus erat idem Eminentissimus in fine sessionis, ùt in eodem Cæremoniali præscribitur; nèc publicatæ fuerunt centum dierum Indulgentiæ propter plenariam, durante Synodo, concessam.

Finita Missa, ac depositis omnibus Missæ paramentis, Canonicis tamèn, ùt suprà, paratis remanentibus, Eminentissimus Archiepiscopus in suo Throno resumpsit Pluviale rubrum, Mitram, & Baculum, & accedens ad faldistorium in medio Chori, ùt suprà, dispositum

tum, Canonicis Diaconis, ac Presbytero assistentibus, genuflexus, Mitra depositа, intonavit Antiphonam, Exaudi nos, *Schola Cantorum prosequente, eoque posteà in suo Throno cum Mitra, universoque Clero considentibus, cantatus fuit Psalmus* 68. (*proùt ex Pontificali, & eadem Tabella*) Salvum me fac Deus, *alternatim à Clero, itaùt Clerus Cathedralis à parte superiori à Throno Eminentissimi ad Altare consistens primum Chorum efficeret, secundum verò Clerus à parte inferiori ab ipso Throno ad Gremium Ecclesiæ, ùt vocum confusio vitaretur.*

Post Psalmum, & Antiphonam repetitam, Eminentissimus Archiepiscopus surgens, Mitra depositа, Altare versùs recitavit Orationem, Adsumus Domine, *stantibus omnibus propter tempus Paschale. Post Orationes descendens ad faldistorium, genuflexus remansit, dum Litaniæ cantabantur, Hebdomadariis nonnullis intonantibus, Clero prosequente pariter genuflexo: ad verba:* Ut hanc præsentem Synodum visitare, disponere, ac benedicere ✠ digneris, *Eminentissimus Archiepiscopus surgens Synodo benedixit, Cantoribus posteà Litanias prosequentibus: indè in suo Throno stans versùs Altare dixit Orationem,* Da quæsumus, &c. *absque* flectamus genua, *propter tempus Paschale.*

His peractis, Canonicus Diaconus cum Canonico Subdiacono paratus ad Eminentissimum accedens, benedicto priùs incenso, & benedictione accepta, cantavit Evangelium, Convocatis Iesus, *ex Pontific. ceteraque, proùt in Missa peracta fuere, post quæ Archiepiscopus, Mitra depositа, in eodem loco versùs Altare intonavit Hymnum,* Veni Creator Spiritus, *ac genuflexus, exindè stetit, donèc Hymnus compleretur: eoque expleto, resumpta Mitra, sedens è suo Throno Clerum pariter sedentem, priùs ex Pontificali allocutus fuit:* Venerabiles Consacerdotes, &c. *Deindè idem Eminentissimus cum Canonicis Diaconis hincindè, ùt proprii Pastoris ex animo commonentis Grex Ecclesiastici cœtus illustrior, uberiori sanè cum fructu, vocem audiret, Sermonem ad Synodum habuit infrà apponendũ.*

Posteà Illustrissimus Dominus Ioannes Andreas Siliquinus Vicarius Generalis ad Eminentissimum Archiepiscopum accedens detulit ei Sacrosancti Tridentini Concilii Codicem, necnòn Decreta præliminaria Synodi, quæ ab eodem Eminentissimo tradita fuere.

D. Ca-

Digitized by Google

D.Canonico D.Antonio Sanſelicio Synodi Secretario: Secretarius præfatus his reverenter acceptis comitatus à Magiſtro Caremoniarum, atque duobus Clericis Seminarii, marmoreum ſuggeſtum aſcendit, &, uti Canonicus Presbyter prabendatus cum Pluviali, & Mitra, decreta ſequentia alta voce denunciavit.

DECRETVM PRIMVM
De Synodi inchoatione.

In nomine Sanctiſſimæ, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

NOS Iacobus, Miſerat. Div. Tit. SS. Petri, & Marcellini, S.R.E. Presbyter Cardinalis Cantelmus Archiepiſcopus Neapolitanus. Ad Dei Omnipotentis, ac Deiparæ ſemper Virginis Mariæ, Beatorumque Ianuarii, & Aſpreni, aliorumque Sanctorum hujus Eccleſiæ Antiſtitum, ac Patronorum laudem. Primam hanc noſtram Diœceſanam Synodum incipimus, & incœptã eſſe volumus. Ipſe Paraclitus, cujus eſt ſupernę claritatis lumine mentes fidelium illuſtrare, donorum ſuorum largitione nobis adeſſe dignetur, ùt, quæ recta ſunt, ſapere, àc in præſens agnoſcere valeamus, ùt eadem in poſterum exequamur.

DECRETVM II.
De præjudicio non inferendo.

SI quem in hac Synodo contigerit, prætèr, aùt còntrà conditionẽ ſuæ dignitatis, gradus, vel muneris incedere, ſtare, ſedere, vocari, aùt quid aliud peragere, nemini propterea illatum præjudiciũ ullum, aùt novum jus acquiſitum fuiſſe decernimus, ſed omnia in eo ſtatu firma remanere volumus, in quo erant, priuſquàm hæc Diœceſana Synodus cogeretur.

DECRETVM III.
De deferendis querelis, & abſentium excuſationibus.

QVoniàm ex antiquo Sacrorum Canonum inſtituto audiri debẽt querelæ, ſi quæ ſint, ideò prò eis recipiẽdis deputamus noſtrum Vicarium Generalem, alioſque ordinarios noſtræ Curiæ Conſultores; reſervata tamèn authoritate avocandi ad Nos, etiàm durante Synodo, ejuſmodi cauſas, vel aliis ad noſtrum

ſtrum beneplacitum committendi: abſentium verò excuſationes ad eundem paritèr noſtrum Vicarium Generalem deferantur: proùt in Inſtructione præcedentèr evulgata monuimus.

DECRETVM IV.

De non diſcedendo.

VNiverſis, ac ſingulis, qui ad hanc Synodum convenerunt, aùt præſẽtes adeſſe tenẽtur, ſub pœna excõmunicationis præcipimus, nè antequàm Synodus legitimè dimiſſa ſit, ab hac Civitate diſcedant, facultate eiſdem non conceſſa à noſtro Vicario Generali: quin etiàm ſub eadem pœna Seſſionibus, Actionibus, & Conventibus omnibus indictis, aùt indicendis interſint, nèc ab eorum quopiam diſcedere audeant, niſi neceſſaria de cauſa, & facultate obtenta ab eodem Vicario noſtro, aùt ab aliis ad hoc Deputatis.

DECRETVM V.

De Oratione publica.

QVoniàm veteris eſt inſtituti in Synodali Cõvẽtu pro publicis rebus orationẽ fieri: idcircò in omni prece his diebus orandum edicimus pro SS.D.N.Innocentio XII. pro Sereniſſimo, & Catholico Rege noſtro Carolo, pro conſtanti, perpetuaque Cleri, populique hujus Diœceſis profectu, àc ſalutari hujus Synodi ſucceſſu: necnòn ad lucrandam Indulgentiam Plenariam, & remiſſionem omnium peccatorum omnibus, àc ſingulis Fidelibus utriuſque ſexus verè pœnitentibus, confeſſis, àc Sacra Communione refectis hanc Eccleſiam Cathedralem viſitantibus in uno dierum ejuſmodi Synodalium ab eodem Sanctiſſimo D.N.Innocentio XII. pro prima noſtra Diœceſana Synodo conceſſam, orandum eſt pro pace, & concordia intèr Principes Chriſtianos, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione.

DECRETVM VI.

De Officialibus Synodi.

VT hæc Synodus legitimè convocata Miniſtrorum paritèr opportunitate dirigatur, idcircò Officiales in ea ſtatuimus, juxtà ſeriem infraſcriptam.

Offi-

Digitized by Google

Officiales Synodi.

Promotor *D.Ioseph Rodoerius V.I.D.*] Canonici
Secretarius *D.Antonius Sanfelicius V.I.D.& S.T.P.*] Eccl.Metr.
Theologus Eminentissimi *P.Ioannes Marcianus Congr. Orat.*
Magistri Cæremoniarum *D.Raphael Sati*]Hebdomadarii
D.Ioseph de Stephano]Ecclesiæ Me-
D.Fräsiscus Volpicella]tropolitanæ.
Notarius *Ioseph Preti Actorum Magister Curiæ Archiepisc.*

His lectis D.Canonicus D.Ioseph Rodoerius Synodi Promotor in suo habitu Diaconali ad Eminentissimum Archiepiscopum accedens, ac profundè inclinatus instituit pro lectione Decretorum Tridentini, de Professione Fidei, & de Residentia.

Eminentissime, ac Reverendissime Pater, & Domine.

Sacrosancta Tridentina Synodus speciali sua Constitutione decrevit, ut quicumque Beneficia Ecclesiastica obtinent, & Synodo adesse tenentur, quo primùm tempore hæc habebitur, eique interfuerint, Fidei professionem emittant, necnòn, ùt in Episcopalibus Conciliis Decreta de Residentia publicentur: Idcircò Ego Ioseph Rodoerius Canonicus Neapolitanus hujus Synodi Promotor submissè postulo, ùt illæ Constitutiones publicè perlegantur, undè ii, quibus ista præcipiunt, cuncta possint obedienter præstare.

Eminentissimus Archiepiscopus respondit. Legantur.

Canonicus Secretarius de mandato Eminentissimi legit Decreta Tridentini de Professione Fidei *sessione* 25. *cap.* 2. *à §.* ceteri verò, & de Residentia *sessione* 23. *cap.* 1.

Eminentissimus Archiepiscopus, quoniàm Synodus Provincialis eo usque celebrata non fuerat, in hac sua prima Synodo Diœcesana, eandem professus fuit, ùt congruum erat, in suo faldistorio genuflexus Canonicis Diaconis, ac Presbytero assistentibus, primoque Diacono antè eum Evangelium tenente pro Iuramento præstando, ceteris de Clero propter reverentiam stantibus; juxtà formulam breviorem sequentem.

Ego Iacobus Cardinalis Cantelmus Archiepiscopus Neapolitanus promitto, spondeo, profiteor, detestor, anathematizo, vo-

Digitized by Google

voveo, & juro juxtà Professionis Fidei formulam ex Bulla fel. record. Pii Papæ IV. singula singulis referendo. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Eminentissimo Archiepiscopo in suo Throno, de ejusdem mandato, Secretarius indixit.

Vniversi, qui postquàm Ecclesiastica Beneficia obtinuerunt, nondùm in Synodo Fidem professi sunt, in medium procedant, & genuflexi antè Eminentissimum Dominum Fidem sequenti formula profiteantur.

Ego N.N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicèt. Credo in unum Deum Patrem Omnipotentem factorem cœli, & terræ, visibilium omnium, & invisibilium: Et in unum Dominum Iesum Christum Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum antè omnia secula; Deum de Deo, lumen de lumine; Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt; Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus est: Crucifixus etiàm pro nobis, sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est: Et resurrexit tertia die secundùm scripturas: Et ascendit in Cœlum, sedet ad dexteram Patris: Et iterùm venturus est cum gloria judicare vivos, & mortuos; cujus regni non erit finis: Et in Spiritum Sanctum dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit; Qui cum Patre, & Filio simùl adoratur, & conglorificatur; qui locutus est per Prophetas: Et unam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam: Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum: Et vitam venturi seculi. Amen. Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque ejusdem Ecclesiæ observationes, & constitutiones firmissimè admitto, & amplector. Item Sacram Scripturam juxtà eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto, nèc eam unquàm, nisi juxtà unanimem consensum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoquè

Digitized by Google

que ſeptem eſſe verè, & propriè Sacramenta novæ Legis à Ieſu Chriſto Domino Noſtro inſtituta, atquè ad ſalutem humani generis, licèt non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicèt Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre: & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoquè, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto. Omnia, & ſingula, quæ de Peccato originali, & de juſtificatione in Sacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor paritèr in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro vivis, & defunctis, atquè in Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè, realitèr, & ſubſtantialitèr Corpus, & Sanguinem, unà cum anima, & divinitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, fierique converſionem totius ſubſtantiæ panis in Corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, quam converſionem Catholica Eccleſia Tranſubſtantiationem appellat. Fateor etiàm ſub altera tantùm ſpecie totum, atquè integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi. Conſtantèr teneo Purgatorium eſſe, Animaſque ibi detentas, fidelium ſuffragiis juvari: Similitèr, & Sanctos unà cum Chriſto regnantes, venerandos, atquè invocandos eſſe; eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atquè eorum Reliquias eſſe venerandas. Firmiſſimè aſſero Imagines Chriſti, ac Deiparæ ſempèr Virginis, necnòn aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atquè eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiàm poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque uſum Chriſtiano Populo maximè ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum matrem, & magiſtram agnoſco: Romanoque Pontifici, Beati Petri Apoſtolorum Principis Succeſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo, ac juro. Cetera itèm omnia à ſacris Canonibus, & Oecumenicis Conciliis, ac præcipuè à Sacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita,

Digitized by Google

& declarata indubitantèr recipio, atquè profiteor: simùlque contraria omnia, atquè hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, & rejectas, & anathematizatas, ego paritèr damno, & rejicio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam Fidem, extrà quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti ſpontè profiteor, & veracitèr teneo, eandem integram, & inviolatam uſquè ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſimè (Deo adjuvante) retinere, & confiteri, atque à meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantùm in me erit, curaturum.

Fidem profeſſuri, poſtquàm eiuſdem formulam, iuxtà Pii IV. Conſtitutionem, Secretario de ſuggeſto prælegente, pronunciarunt, bini, terni, quaterni ad Eminentiſſimum Archiepiſcopum accedentes, genuflexi iuraverunt ſuper expoſitis Sacroſanct. Evang. antè Thronum eiuſdem Eminentiſſimi; primò quidem Canonici, & Clerus Cathedralis, deindè Canonici Collegiatæ, Parochi, aliique Beneficiati, modo, quo ſequitur.

Ego idem N.N. ſpondeo, voveo, ac juro: Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

Poſt hæc Promotor inſtitit pro electione Examinatorum, Iudicum, ac Teſtium Synodalium.

Eminentiſs. ac Reverendiſs. Pater, & Domine.

TRidentinum Concilium Conſtitutioni Bonifacii VIII. inhærens, decrevit, ùt cum Diœceſana Synodus celebratur, ſex ad minùs ab Epiſcopo, vèl ejus Vicario Examinatores nominentur, quorum tres ab Epiſcopo eligendi, ſimùl cum eodem ad Eccleſias Parochiales Promovendorum examen inſtituant: Mandavit ampliùs deligi, quibus dignitate aliqua, Perſonatu, aùt Cathedralis Eccleſiæ Canonicatu fulgentibus, præter locorum Ordinarios, cauſæ Eccleſiaſticæ, & Spirituales ad Forum Eccleſiaſticum ſpectantes per Apoſtolicæ Sedis litteras, aut Legatos committi poſſint: ſicùt etiàm viri probatæ vitæ, juxtà Sacrorum Canonum præſcriptum, in teſtes Synodales admittendi ſunt. Quapropter ego Ioſeph Rodoerius Canonicus Neapolitanus

Digitized by Google

nus hujus Synodi Promotor humillimè peto, ùt ab Eminentia Tua proponantur ii, quos ad prædicta peragenda, possit hæc Sancta Synodus designare.

Canonicus Secretarius de mandato Eminentissimi Archiepiscopi legit.

DECRETVM
De Examinatoribus Synodalibus.

SAcrosancti Concilii Tridentini Sanctionibus obsequentes, Proponimus vobis hos viros pietate, ac doctrina præstantes, qui Examinatorum officio fungãtur, quoàd altera Synodus habeatur.

EXAMINATORES SYNODALES.

D. Io: Franciscus Bombacius S.T.D. ac Theol. Cathedr.]
D. Antonius Sanfelicius V.I.D. & S.T.P]Ecclesiæ
D. Petrus de Felice V.I. & S.Th.D. Pœnitentiarius.]Metrop.
D. Aloysius Capycius Galeota V.I. & S.Th.D. Cimiliarcha.]Canoni-
D. Hieronymus Balsamo V.I.D.]ci.
D. Antonius Matina V.I.D.]

P. Ioannes Marcianus Congr. Orat. S.Th.P.
D. Petrus Tavano S.Th. Mag. Rector Seminarii Archiep.
D. Emanuel Cicatelli V.I.D. & S.Th.P. Parochus Eccl. Cathedr.
P. Nicolaus Grimaldus Congr. Oratorii S.Th.P.
P. Tiberius Augustinus Cong. Missionis S.Th.P.
P.D. Nicolaus de Rugerio Congr. Pior. Oper. S.Th.P.
P.D. Caietanus de Andrea Cler. Reg. Theat. S.Th.P.
P.D. Ioseph Pignatellus Cler. Reg. Theat. S.Th.P.
P. Dominicus Iamæus Soc. Iesu S.Th. Lector.
P. Io: Baptista de Benedictis Soc. Iesu S.Th. Lector.
P.D. Io: Matthæus Paravicinus Cler. Reg. S. Pauli S.Th.P.
P. Antonius Tolomeus Cler. Reg. Matris Dei S.Th.P.
P. Claudius Maresca Cler. Reg. Ministr. Infirm. S.Th.P.
P.D. Gabriel de Massa Cong. Cassinens. S.Th.P.
P.D. Franciscus Antonius Georgius Congr. Cœlestin. S.Th.P.
P.D. Dominicus Benedictus Carpano Congr. Olivet. S.Th.P.
Fr. Raphael Maria Philamundus Ord. Prædic. S.Th. Lector.

Digitized by Google

Fr.Thomas Maria de Francia Ord.Predic.S.Th.Mag.
Fr.Nicolaus à Spinazola Ord.Min.Convent.S.Franc. S.Th.Lector.
Fr.Bartholomæus Riccius Ord.Erem.S.Augustt.S.Th.Mag.
Fr.Salvator Paschale Ord.Carmelitar.S.Th.P.
Fr.Hieronymus à Gioia Ord.Min.Observ.S.Franc.S.Th.P.
Fr.Antiochus Zuccaro Ord.Minim.S.Franc.de Paula S.Th.Lector.
Fr.Hieronymus à S.Anna Ord.Carm.Discalc.S.Th.P.
Fr.David à S.Francisco Ord.Discalceat.S.Augustt.S.Th.P.

Idem Secretarius Synodum rogavit; num eos probaret, per verba, Placent ne vobis?

Respondit. Placent.

DECRETVM
De Iudicibus Synodalibus.

EIusdem Sacroſ. Tridentini, ac Bonifacii Papæ VIII. necnon aliorum Summorum Pontificum Conſtitutionibus inhærendo, infraſcriptos Iudices, quibus cauſæ per Sedem Apoſtolicã delegari poſſint, & in Regularium Conſervatores eligi valeant, ad prędictarum Sanctionum tenorem, vobis proponimus.

IVDICES SYNODALES.

D.Ioſeph Rodoerius V.I.D.]
D.Nicolaus de Luca V.I.D.]
D.Felix de Ianuario Proton.Apoſt.ac Primicerius.]
D.Franciſcus Andreas de Mauro V.I.D.]
D.Franciſcus de Martino V.I.D.] Eccleſiæ Metropolitanæ
D.Michael Maria Deutice V.I.D.& S.Th.P.] Canonici.
D.Franciſcus Campanile V.I.D.]
D.Ianuarius de Auria V.I.D.& S.Th.P.]
D.Hieronymus Caravita Protonot.Apoſt.]
D.Io:Baptiſta Peccerillus V.I.D.]
D.Clemens Ferriellus V.I.D.]
D.Ioſeph Sanfelicius V.I.& S.Th.P. Protonot. Apoſtol. ac Theſaurarius Divi Ianuarii Cappellanus.
D.Donatus Vulturale V.I.D. Theſauri Divi Ianuarii Cappellanus.
D.Antonius Lucina V.I.D. . . . . .

D.Pe-

Digitized by Google

D.Petrus Marcus Giptius V.I.D.Protonot.Apostolicus.

Similitèr Secretarius Synodum rogavit. Placent nè vobis?

Respondit. Placent.

DECRETVM
De Testibus Synodalibus.

EX veteri Sacrorum Canonum lege, viros aliquos moribus, ac discretione probatos in Synodo eligi præscriptũ est, qui animadvertant diligentèr, àn aliquid in Vrbe, aùt Diœcesi sit, quod corrigi debeat, atquè si quid tale dignoverint, Nobis, vèl Vicario nostro, rogati, fidelitèr significare teneantur. Huic ergò muneri pro hac Civitate, ac Diœcesi eligimus Viros, quorum nomina, ùt liberiùs id agant, quod ipsis incumbit, in hac schedula (*Secretarius ostendit Synodo schedulam*) nostro sigillo signata clausa reticentur.

Deindè idem Canonicus Secretarius subdidit.

Accedant ad Eminentissimum Dominum Examinatores electi, & coràm eo, ex prescripta formula, Iuramentum prestent. Testes autèm jurabunt secretò in manibus Eminentiss. Domini, vèl ejus Vicarii Generalis.

Intereà per D.Canonicum D.Felicem de Ianuario Primicerium, cereis accensis præcedentibus, delatæ fuerunt è Sacrario ad Eminentissimum Archiep.Reliquiæ S.Ioannis Baptistæ, ùt consuetum erat, iisque ab eodem acceptis, accesserunt singuli Examinatores electi, & supèr iis Iuramentum præstitere formula sequenti.

Ego N.N.Examinatoris officium, quod suscipio, spondeo, voveo, àc juro, me quacumque humana affectione postposita, fidelitèr, ac sincerè, quantùm in me erit, executurum. Sic me Deus adjuvet, & hæ Sanctorum Reliquiæ.

Resumptis per eundem Dominum Primicerium Sacris Reliquiis propter horæ tarditatem, Canonicus Secretarius indixit continuationem Sessionis post Completorium, vz.

Eminentiss. àc Reverendiss. in Christo Pater, & Dominus D.Iacobus Tit.SS.Petri, & Marcellini, S.R.E. Presbyter Cardinalis Cantelmus Archiepiscopus Neapolitanus in hac Diœce-

sa-

Digitized by Google

ſana Synodo Præſidens indicit continuationem Seſſionis hodie hora vigeſima Veſpertina, ac propterea monentur omnes, & ſinguli ad illam convenire.

Tandem Em. Archiep. Synodo benedixit, prælata ſibi Cruce, formaque conſueta. Sit nomen Domini, &c. *abſque Indulgentiis, & diſceſſit, Canonicis tantùm ſequentibus.*

Interfuere honoris cauſa.

Ill. & Rev. Fr. Cœleſtinus Labonia Epiſc. Montiſmarani.
Ill. & Rev. D. Andreas de Aquino Epiſc. Tricaricenſis.
Ill. & Rev. D. Ianuarius Criſpinus Epiſc. Minoren. elect. Squillacen.
Ill. & Rev. D. Æmilius Cavalerius Epiſc. Trojanus.

Continuatio ejuſdem Primæ Seſſionis, hora Veſpertina.

Poſt Completorium, Eminentiſs. Archiep. Cappa indutus, Canonicis ſubſequentibus, præcedentibus verò Clericis Seminarii, ut moris eſt, atque Synodi Conſultoribus, ac Nobilibus aliquòt, abſque alia Cleri aſſociatione, deſcendit in Eccleſiam, ac in ſuo Throno Pontificalibus indutus eum Pluviali, Canonicis paritèr, ut mane, paratis cum veſtibus proprio cujuſvis ordini congruentibus, ac Mitris (hic ordo ſervatus fuit in omnibus ſeſſionibus ſubſequentibus, etiàm veſpertinis) ac ſurgens versùs Altare dixit orationem Adſumus, *ex Pontific. poſteà ſedentibus omnibus, D. Canonic. Promotor antè Eminentiſs. Archiep. profundè inclinatus inſtitit, ut infrà.*

Eminentiſs. ac Reverendiſs. Pater, & Domine.

VT unicuique facilè ſit exequi, quod exequendum eſt, Ego Ioſeph Rodoerius Canonicus Neapolitanus hujus Synodi Promotor ſupplicitèr inſto, ùt quę Eminentia Tua pro recta hujus Eccleſiæ gubernatione, aùt jam ſancita renovare, aùt novitèr ſancire judicaverit, promulgari jubeat; Vndè Clerus hic pręſens omnium obſervantiam, & in ſe recipere valeat, & prębere.

Eminentiſs. Archiep. reſpondit. Promulgari jubemus.

Illuſtriſs. D. Vicarius Generalis Synodalia Decreta detulit, ùt mane, quibus acceptis, Eminentiſs. tradidit D. Canonico Synodi Secre-

Digitized by Google

cretario, qui ſuggeſtum aſcendit, eaque, ſedens, legit uſque ad ſecundam Synodi partem, quâ completa, de ejuſdem Eminentiſs. Domini mandato, alteram indixit ſeſſionem: nimirùm.

Eminent. ac Reverend. in Chriſto Pater, & Dom. *&c. ut manè.*

Cùm ea omnia, quæ pertractanda, & agenda ſunt in hac prima ſeſſione expedire nequiverit, aliam ſeſſionem decernit, & indicit in proximè ſequentem diem de mane hora 11. ac propterea monentur omnes, & ſinguli ad illam convenire.

His habitis, unus ex Hebdomadariis cum Pluviali rubro ſuggeſtum aſcendit, ibique cum cantu propoſuit tria capita Orationis mentalis, pauſa intèr ſingula aliquantulùm interiecta, atque dùm intonavit, Orate, *Eminentiſs. ſurgens, ad ſuum faldiſtorium acceſſit ad orationem, eoque genuflexo cum Mitra, omnibus paritèr genuflexis, idem Cantor proſecutus fuit, ùt ſequitur.*

ORATE

I.

FRatres chariſſimi. Corporibus proſtrati mẽtes ad Cœlũ erigamus, ac invocatis Deiparæ ſemper Virginis, Sãctorumq; omnium, ac Beatorum, præſertìm Ianuarii, aliorumque Patronorum, & Antiſtitum noſtrorum patrociniis; orate, ut miſericors Dominus peccatorum veſtrorum veniam vobis concedat, ac negligẽtiis indulgeat, quas in Sacerdotalibus officiis multiplici errore commiſiſtis.

II.

ORate pro Sanctiſſimo Dom. noſtro Innocẽtio Papa XII. ut Eccleſiã ſibi cõmiſſam ſanctè gubernet, cum Sacro Cardinalium Collegio. Orate pro Sancta Catholica Eccleſia Romana toto orbe terrarum diffuſa, ut eam Deus augeat, & exaltet ad honorem, & gloriam ſuam.

III.

ORate pro Eminentiſs. Archiepiſcopo noſtro, ut ſpiritualibus amplificetur augmẽtis, ac verbo, & exemplo quibus præeſt, ad vitam proficiat ſempiternã: prò eius etiàm adiutoribus, ac miniſtris orate, ut laborum ſuorum à Deo benedictionem largiſſimam conſequantur.

In

Digitized by Google

Insine Clero genuflexo remanente Eminentiss. surgens, ac suum Thronum ascendens, ibi solemnitèr benedixit, absque Indulgentiis, & sessione absoluta fuit discessus, ùt mane.

Interfuere honoris causa.

Ill. & Rev. D. Michael de Bononia Episc. Æsernienss.

Ill. & Rev. D. Æmilius Cavalerius Episc. Trojanus.

Secunda Sessio die trigesima prima Maji, Feria ij. Pentecostes.

Clero in Ecclesia expectante, post horam xi. Eminentiss. Archiep. ùt die antecedenti à prandio, descendit in Cathedralem, ac sacris indutus Missam planam in Altari Majori celebravit, Mitra utens in accessu, & regressu ab Altare, ac in manuum lotione; Canonicis Diaconis tribus, Subdiacono, ac Primicerio assistentibus paratis etiàm sacris vestibus, quibus etiàm singuli Canonici interèà in propriis locis stantes, vel genuflectentes, parati erant, Mitras in manibus habentes, usque ad finem Missæ, in qua, nèc data fuit benedictio.

Post Missam indutus Pluviali ante Faldistorium intonavit Antiphonam, Propitius esto, *& cantatus fuit Psalmus* 78. Deus venerunt gentes: *recitavit ex Pontificali Orationem,* Nostrorum tibi Domine, &c. *Evangelium cantatum fuit à Canonico Diacono ex eodem Pontificali,* Designavit Dominus. *Posteà intonavit,* Veni Creator, &c. *ac sedens Clerum allocutus fuit.* Venerabiles, & Dilectissimi, &c. *Ex Pontific. In suprascriptis verò actionibus cæremoniæ singulæ observatæ fuere, ùt die antecedenti.*

Promotor institit pro prosecutione lecturæ, nimirùm.

Eminentiss. ac Reverendiss. Pater, & Domine.

Quoniàm externa die ob temporis angustiam Synodalium Decretorum lectura compleri non potuit, idcircò nè tantum opus remaneat imperfectum, ego Ioseph Rodoerius Canonicus Neapolitanus, huiusque Synodi Promotor instò decerni, quod eorundem decretorum tenor prosequatur.

Eminentissimus Archiepiscopus respondit. Prosequatur.

Decreta deferuntur à Domino Vicario Generali, traduntur, ùt

su-

Digitized by Google

Supra Synodi Secretario, qui ea legit, ùt die antecedenti, & progressus ad finem secundæ partis, de mandato Eminentiss. indixit continuationem sessionis, vz.

Eminentiss. &c. *ùt die antecedenti de mane.*

Data fuit solemnis benedictio, & discessus, ùt die præcedenti.

Interfuit honoris causa.

Ill. & Rev. D. Ianuarius Crispinus Episc. Minoren. electus Squillacen.

Continuatio secundæ sessionis, hora Vespertina.

PRactis omnibus, ùt die præcedenti, usque ad reiteratam Promotoris instantiam, quæ fit:

Eminentiss. & Reverendiss. Pater, & Domine.

NEque in præcedenti sessione, licèt diuturna, Decreta omnia hujus Synodi publicari potuerunt; quapropter Ego Ioseph Rodoerius Canonicus Neapolitanus, illiusque Promotor instantèr rogo, ùt eorundem continuationem, atque lecturam Eminentia Vestra præcipere dignetur.

Decreta delata à D. Vicario Generali, ac, ùt priùs tradita, à Canonico Secretario leguntur usque ad finem Tertiæ partis; indicta pariformitèr tertia sessione, modo, quò sequitur, vz.

Eminentiss. & Reverendiss. in Christo Pater, & Dominus D. Iacobus Tit. SS. Petri, & Marcellini, S. R. E. Presbyter Cardinalis Cantelmus Archiepiscopus Neapolitanus in hac Diœcesana Synodo Præsidens. Cùm ea omnia, quæ pertractanda, & agenda sunt, nèc etiàm in hac secunda Sessione expedire nequiverit, aliam proindè Sessionem indicit in proximè sequentem diem, de mane hora 11. ac propterea monentur omnes, & singuli ad illam convenire.

Cantor in Pulpito similitèr proposuit alia tria sequentia capita Orationis mentalis, servatis omnibus, ut die antecedenti.

ORATE

I.

FRatres charissimi Divinæ miserationis gratiâ ac Deum totius consolationis, quē nobiscū hìc adesse credimus, totis

Digitized by Google

viribus invocate, ut quæ nobis incenſo charitatis officio Præſul noſter agenda prænunciat, alacriùs exequamur, utque in unitate ſpiritus, ac vinculo pacis, prompta cum eo ſolicitudine jugum Domini deferentes, tandèm pacis æternæ multitudine collætemur.

II.

VNanimes orate Dominum meſſis huius, ut operarios mittat in meſſem ſuam, detque omnibus in hujus Neapolitanę Eccleſiæ vinea laborātibus Divini Spiritus ignem, ac lumen, æternæque tandèm retributionis mercedem.

III.

ORate, ut Deus, & Dominus noſter omnibus hic ſub Regulari diſciplina vivētibus religioſæ obediētiæ ſpiritum, ac in virtutibus incrementum benignus indulgeat, ut ex eorum vita fideles populi ſalubritèr inſtruantur.

Benedictio, & diſceſſus, ut ſeſſione præcedenti veſpertina.

Interfuere honoris gratia.

Ill. & Rev. D. Michael de Bononia Epiſc. Æſernienſis.

Ill. & Rev. D. Ianuarius Criſpinus Epiſc. Minorenſis, elect. Squillacen.

Tertia Seſſio die prima Iunii,
Feria iij. Penteceſtes.

SIngula, *ut in præcedenti feria ſecunda peracta fuere: Eminentiſs. Archiep. Miſſam planam in eodem Altari celebravit. Antiph.* Exaudi. *Pſalmus* 68, Salvum me fac. *Oratio.* Ad te Domine interni clamoris. *Evangelium à Diacono cantatum.* Si peccaverit in te. *Hymnus.* Veni Creator Spiritus. *Allocutio ad Clerum.* Venerabiles, &c. *Ex Pontificali.*

Promotor inſtitit.

Eminentiſs. & Reverendiſs. Pater, & Domine.

SIcut Em. V. novit, adhùc quarta, & quinta pars Decretorū hujus Synodi publicāda remanet; Propterea, ut (Deo Adiutore) optatum finem aſſequamur, Ego Ioſeph Rodoerius Canonicus Neapolitanus, & illius Promotor ſupplicitèr inſto lecturæ curſum continuari.

Emi-

Digitized by Google

Eminentiſs. Archiep. reſpondit. Continuetur.

Secretarius, ut aliàs, decreta accepit, & legit uſque ad finem 10. partis, ac, ut ſuprà, indixit continuationem ſeſſionis cum præmonitione de Clero vocando.

Eminentiſs. ac Reverendiſs. in Chriſto Pater, & Dom. D. Iacobus Tit. SS. Petri, & Marcellini, S.R.E. Presbyter Card. Cantelmus Archiep. Neap. in hac Diœceſana Synodo Præſidens indicit continuationem Seſſionis hodie hora vigeſima, in qua fiet nominatim vocatio Cleri, ac propterea inſtantiùs monentur omnes, & ſinguli ad illam convenire, ut eidem Eminentiſs. & Reverendiſs. Dom. reverentiam, & obedientiam exhibeant.

Benedictio, & diſceſſus, ut in præcedentibus.

Interfuit honoris cauſa.

Ill. & Rev. D. Ianuarius Criſpinus Ep. Minoren. elect. Squillacen.

Continuatio Tertiæ Seſſionis, hora Veſpertina.

CÆremoniis, aliiſque Actibus, ut in præcedenti obſervatis, quouſque Promotor inſtitit pro lectionis concluſione, v3.

Eminentiſs. ac Reverendiſs. Pater, & Domine.

MOdicum adhùc tempus expendendũ remanet pro coronide præſentis Synodalis actionis in evulgatione quintæ, & ultimæ partis Decretorum, quæ compendioſa, ac brevis eſt; Idcircò, ut metam attingamus, & ad concluſivos actus devenire poſſimus, inſtantèr rogo Em. V. dignetur decernere, ut quod reliquum eſt, perlegatur.

Eminentiſs. Archiep. reſpondit. Quod ſupereſt, legatur.

Secretarius, Decretis acceptis, modo, quo ſuprà, proſecutus fuit lectionem v. partis uſque ad finem, qua completa, Capitulum, & Canonicos, necnòn totam Synodum rogavit, nùm ea placerent, verbis ſequentibus.

Placent nè vobis DD. Canonici, Abbates, Archipresbyteri, Rectores, Curati, ac tota Synodus, quæ hactenùs decreta, ordinata, & conſtituta ſunt?

Reſponderunt. Placent.

Digitized by Google

Hæc Synodi interrogatio peracta fuit ad exuberantiam tantùm, non quidèm, ùt neceſſe fuerit; Cleri enim conſenſus, aùt approbatio circà Synodalia Decreta minimè requirebatur, juxtà Decreta Sacræ Congregat. Concilii 27. Aprilis 1592. in Veneta, & Oriolen. 27. Martii 1632. ad 14. & 15. ac in Fulginat. 26. Febr. 1639.

His ità peractis, Promotor inſtitit pro vocatione Cleri.

Eminentiſs. ac Reverendiſs. Pater, & Domine.

SAncitum eſt à Conciliis Generalibus, & ſignantèr à Tridentino, ut ſi qui de Iure, vèl Cõſuetudine, etiã ſi quo ad cetera exempti, Diœceſanæ Synodo adeſſe tenentur, non interfuerint; Pœnis à Sacris Canonibus decretis pro culpa meritò puniantur: Vt igitùr, qui inobedientes fuerunt, tales deprehendantur; Ego Ioſeph Rodoerius Canonicus Neapolitanus huius Synodi Promotor, humilitèr peto ab Eminentia Tua, ut jubeat Clerum totum, de more, vocari.

Eminentiſs. Archiep. reſpondit: Vocari mandamus.

Secretarius è ſuggeſto legit.

De mandato Eminentiſs. & Reverendiſs. Dom. D. Iacobi Tit. SS. Petri, & Marcellini, S. R. E. Presbyteri Cardinalis Cantelmi Archiepiſcopi Neap. in hac Diœceſana Synodo Præſidẽtis, mòx vocabuntur omnes, qui huic Synodo intereſſe debent. Nominati, capite aperto, reſpondeant, *Adſum*, & antè Eminentiſs. Dom. accedant, reverentiam, & obedientiam exhibeant, & recedant versùs Altare majus, & iterùm ad loca ſua revertantur, non tamèn ab Eccleſia diſcedant, niſi dùm Synodus abſoluta fuerit.

Qui certo Eccleſiæ nomine vocabuntur, ſigillatim accedant. Qui verò Collegium conſtituunt, ſicuti etiàm Beneficiati omnes Civitatis, & Diœceſis vocati abſque ſpeciali titulo, & ordine, accedant omnes bini, ac ſimilitèr Eminentiſſimo Domino reverentiam, & obedientiam exhibeant.

Primò quidèm, prò Eccleſiaſtici ordinis præeminentia, accedant bini omnes, & ſinguli DD. Canonici ex Capitulo hujus Metropolitanæ Eccleſiæ, ac deindè Hebdomadarii, aliique Beneficiati ejuſdem Eccleſiæ Choro addicti: alii verò per Synodi Notarium vocabuntur.

Poſt

Post hæc accesserunt primò Dom. Canonici servato ordine Canonicatuum, & prioritatis, ac Eminentiss. Archiep. in Throno sedenti profundè inclinati reverentiam, & obedientiam præstitere. Post Canonicos Hebdomadarii, aliique Choro Ecclesiæ Cathedralis addicti Eminentiss. genuflectentes. Ceteri per Synodi Notarium vocati; nimirùm Canonici Ecclesiæ Collegiatæ S. Ioannis Maioris cum propriis vestibus, ac insignibus similitèr genuflexi obedientiam præstitere, postea Parochi Civitatis, ac Diœcesis, Rectores, aùt Sacristæ peculiarium Ecclesiarum, ac tandèm omnes Beneficiati Civitatis, ac Diœcesis absque peculiari titulo Cappellarum vocati, iuxtà consuetam seriem, quæ apud ipsum Synodi Notarium servabatur. Et quilibet recessit in partem, ad suum locum regrediens.

Facta Cleri vocatione, Promotor itidèm contrà contumaces absentes institit.

Eminentiss. ac Reverendiss. Pater, & Domine.

EX iis, qui juxtà Sacrorum Canonum dispositionem Diœcesanæ Synodo interesse tenentur, multi nullo jure excusati absunt; Ideò Ego Ioseph Rodoerius Canonicus Neapolitanus hujus Synodi Promotor, Eminentiam Tuam instantèr rogo, ut illos tamquàm inobedientes, & contumaces pœnis per eosdem Sacros Canones constitutis mulctandos decernat.

Eminentiss. Archiep. respondit. Mulctandos esse decernimus.

Mitra deposita, surgens, & versùs Altare dixit Orationem. Nulla est Domine. *Omissa prolixiori allocutione.* Fratres Dilectissimi, &c. *Ex Pontificali, propter temporis angustiam.*

Promotor ulteriùs institit prò Synodi dimissione.

Eminentiss. ac Reverendiss. Pater, & Domine.

OMnibus jam Deo adjuvante peractis, atq; ad præstitutum finem felicitèr adductis, illud ab Eminen. Tua Ego Ioseph Rodoerius Canonicus Neapolitanus hujus Synodi Promotor, humillimè peto, ut si videbitur, Synodum concludat, & cum Paterna benedictione ad propria dimittat.

Secretarius itèm è suggesto de mandato Eminentiss. legit.

DE-

Digitized by Google

DECRETVM

De Synodi dimiſſione.

NOs Iacobus miſeratione Divina Tit.SS.Petri,& Marcellini,S.R.E.Presbyter Cardinalis Cantelmus Archiepiſcopus Neapolitanus in hac Diœceſana Synodo Præſidens. Ad Dei Omnipotentis, ac Deiparæ ſemper Virginis Mariæ, Beatorumque Ianuarii, & Aſpreni, aliorumque Sanctorum hujus Eccleſiæ Antiſtitum, ac Patronorum laudem, Primam hanc noſtram Diœceſanam Synodum ſub eorundem auſpiciis in hac Sãctiſſimæ Pentecoſtes celebritate hactenùs legitimè congregatam, dimiſſam, & abſolutam eſſe decernimus, ac tenore præſentium denunciamus; ut cuique poſt noſtram Epiſcopalem benedictionem licitum ſit ad proprias Eccleſias, ſuaque loca regredi. Hortamur autèm Vos omnes, Fratres, Filiique dilectiſſimi, de quo enixiùs, totiſque viſceribus Dominum deprecamur, ut talis veſtrum quiſque munere, ac moribus, vitæque innocentia, ac ſalutis animarum zelo, in poſterum fidelibus Populis, tanquàm lux in excelſo prælucere ſtudeat, ut ex hac Synodo uberrimum in Domino fructum vos ipſos reportaſſe ſinguli prorsùs intelligant.

Poſtremò Promotor inſtitit pro rogitu Actorum, ſic.

Eminentiſs. ac Reverendiſs.Pater, & Domine.

VT eorum, quæ, Divina favente Clementia, in hac Neapolitana Synodo, Præſidente Eminen. Tua, ad Omnipotentis Dei Gloriam, Animarumque ſalutem acta ſunt, legitimum teſtimonium in omne tempus habeatur: Ego Ioſeph Rodoerius Canonicus Neapolitanus hujus Synodi Promotor, humilitèr inſto mandari Ioſepho Preti Notario ejuſdem Synodi, ut publicum, & ſolemne de his Synodalibus Actionibus, proùt moris eſt, Inſtrumentum conficiat.

Eminentiſs. Archiepiſc. reſpondit. Inſtrumentum conficiatur; *ac Synodi Notarius præſens reſpondit.* Promptus ſum.

Quibus omnibus expletis Eminentiſs. Archiep. intonavit Hymnum

Digitized by Google

num Te Deum laudamus. *Clero prosequente, Choro bipartito. Postea Cantor in Pulpito, ut diebus antecedentibus cum cantu propefuit tria alia, quæ sequuntur, capita Orationis mentalis.*

ORATE

I.

FRatres charissimi obsecremus Deum Omnipotentẽ, ut Serenissimo, & Catholico Regi nostro Carolo prosperũ, felicẽque rerum successum divina benedictione concedat, ut cui multarum gentium gubernacula dedit, adhùc arma cœlestia tribuat, quibus hostium conatus, ac vitiorum monstra potentèr infringat.

II.

ORate pro temporalibus Principibus, atq; Rectoribus, ut cũ pace, ac populorũ salute, sua munera prosequãtur, Ecclesiæ Defensores existant, ac recta sempèr sentiant, & operentur.

III.

VNanimes orate pro Diœcesis hujus populis, ut in eis misericors Dominus fidẽ cõservet, pietatẽ augeat, culpas eliminet, terræq; fructus abundantèr indulgeat, atque ab eis iræ suæ flagella contineat, omnésque calamitates, terroresque dignantèr avertat, ut in pacis tranquillitate, ad eum, qui via, veritas, & vita est, valeant pervenire. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Clero remanente genuflexo, Eminentiss. Archiep. è suo faldistorio cum Mitra surgens, ac in suo Throno dedit solemnem benedictionem, & hac vice publicatæ fuere per D. Canonicum Presbyterum Assistentem centum dierum Indulgentiæ, forma consueta: ex eo quià Indulgentia Plenaria concessa erat semèl durante Synodo Ecclesiam Cathedralem visitantibus, & iàm erat tertia Synodi dies.

Canonicus D. Hieronymus Caravita primus Diaconus à dextris Eminentiss. Archiep. cantavit. Recedamus in pace. *Clerus respondit.* In nomine Christi.

Eminentiss. Archiep. Pontificalibus depositis, cum Cappa discessit, quem totus Clerus comitatus fuit usquè ad Aulam sui palatii Archiep.

Digitized by Google

chiepisc. eodem prorsùs modo, ac forma, quibus prima vice in Eccle sam descendit.

Interfuere honoris causa.

Ill.& Rev.D.Michael de Bononia Episc.Æsernienſis.

Ill.& Rev.D.Ianuarius Crispinus Ep.Minoren.elect. Squillacen.

Ill.& Rev.D.Aloysius Capuanus Ep.Scalenſis,& Ravellenſis.

FINIS

Actorum Diœcesanæ Synodi.



SERMO

Digitized by Google

SERMO HABITVS

AB EMINENTISS. ET REVERENDISS. DOMINO

CARDINALI ARCHIEPISCOPO

Poſt Miſſam ſolemnitèr celebratam, ſupplicationemque ritè peractam, ipſo initio primæ Seſſionis.

Paraclitus autèm Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia.
Ioan. 14.

SApientiſſima, & ſaluberrima Eccleſiæ inſtitutio Apoſtolica traditione, & Sacroſãctis Oecumenicis Cõciliis, præſertìm Tridentino enixè commendata, prę-ſtantiores hujus Præclariſſimæ Eccleſiæ Adminiſtros (quos voce Divi Pauli *gaudium meum, & Corona mea* appellare geſtio) in hac Diœceſana Synodo, *Sancto aſſlante Spiritu*, coegit; ut unuſquiſque noſtrum in Vinea Domini laborantium Cœleſti Pa-

Ad Philipp. c. 4. v. 1.

Act. 15.

Digitized by Google

trifamilias concreditæ villicationis reddere valeat rationem: Quamobrèm, Dilectissimi in Christo Fratres, & Filii, ingenuè fateor trepidationem meam, qui pro Domo Israel, licèt immeritus in specula constitutus, propriæq; imbecillitatis conscius magna cum anxietate perpẽdo tremẽdũ illud Evangelistæ effatũ: *Cui multũ datum est, multũ quæretur ab eo, & cui commẽdaverũt multũ, plùs petent ab eo*: Sed & pavorem meũ in sinũ vestrum effundere teneor; *non enim* (testante Apostolo) *judicabimur ab humano die, sed qui judicat Dominus est*; nec Tribus Levi; nostra scilicèt Sacerdotalis injudicata recedet, sed nos, qui graviore põdere premimur, gravius indè judicabimur ab ore Altissimi, qui fulgurat coruscationes suas per Rõphæã utraq; parte acutam, æquè nostræ, ac commissi Gregis jacturæ duplices vindicis iræ pœnas minitantem. *Undè* (ut verbis Divi Gregorii utar) *necesse est, Fratres charissimi, ut semper pavidi, sempèrque suspecti ponamus antè oculos cordis hinc culpas operis, illinc judicium extremæ districtionis; pensemus quàm districtus Judex venerit, qui judicium minatur, & latet*. Præoccu-

Luc. cap. 12. v. 48.

1. ad Corinth. c. 4.

Hom. 10. in Evang.

cupemus igitùr faciem Divini Iudicis in confeſſione timoris noſtri, qui quidèm in gaudium vertetur, adeòut quiſque *exultabit ut Gigas ad currendam viam*, ſi graviſſima injuncti proprij muneris obligatione, ſeriò perpenſa, partes ſuas cunctis viribus implere conabitur. Idcircò convenientes in unum in hodierna Sacroſancta Feſtivitate cœleſtia Spiritus Paracliti dona efflagitemus, per quæ à Patre luminum, audientium corda erudiantur, ut verum omnibus innoteſcat Prototypum morigerati Eccleſiaſtici, ſapientis Confeſſarii, vigilantiſſimi Parochi. *Pſalm.18. v.7.*

Et ut à potioribus exordiar, talem eſſe decet Parochorum vigilantiam, morum gravitatem, charitatis fervorem, Animarum zelum, qualem in ſeptuaginta Senioribus Moyſes, & in pari Diſcipulorũ numero Chriſtus Dominus requirebant, ut tanquàm angulares lapides veteris, & novi Teſtamenti ſolidiorem Sinagogæ, & Eccleſiæ partem conſtruerent: Porrò ſi in Parocho vigilantia deſit, juſta erit increpatio: *Cuſtos quid de nocte?* Si morum gravitas deficiat, jure ſuccenſeri licet, *ut Po-* *Iſai.21.v.11.*

Digitized by Google

Oseæ 4. v.9. *pulus sic Sacerdos*; si charitate Pastoris pe-
1. ad Corint. 13. v.1. ctus non ardeat, utique erit *sicut æs sonans, aùt Cymbalum tinniens*; Si denique tepescet zelus, qui velùt aurum obrizum emicare
Thren. cap. 4. v.1. debet, meritò à Ieremia deplorabitur: *quomodò obscuratum est aurum, mutatus est color optimus*! Profectò per Virgæ vigilantis, & Ollæ succensæ visionem Propheta spirituales Animarum Curatores ad charitatis, zeli, & vigilantiæ munia rectè obeunda excitare voluit, undè oritur discrimen inter bonum Pastorem, & Mercenarium;
Hom. 59. in Io. c. 10. to. 3. *Alter enìm* (juxtà Chrysostomi distinctionem) *propria, contemptis Ovibus, alter sua contempta, Ovium semper saluti invigilat*. Enìm verò, si bonus Pastor exemplo Redemptoris inhærens animam suam dare debet pro Ovibus suis, nec illam facere pretiosiorem, quàm proprium Gregem, quantò magis quæcumque temporalia, nempè labores, vigilias, solicitudines, incommoda, ægritudines, facultates ipsas Animarum saluti posthabere tenebitur, nè formidandæ subiiciatur Ezechielis re-
S. Ioan. Chrysost. to. 3. hom. 59. in cap. 10 Ioan. ad Ezech. c. 34. v. 2; dargutioni. *Va Pastoribus Israel, nonnè pascebant semetipsos? Nonne Greges pascuntur à Pasto-*

ri-

ribus? Idcircò nec quod abiectum erat reducebant, neque quod perierat quærebant, neque confractum alligabant, neque infirmum consolidabant, quoniam se, non Gregem pascebant. Meminerint igitùr Ecclesiastici Pastores, qui *vultum Pecoris sui diligentèr agnoscere* debent, Oves valetudine præditas indesinentèr Divini Verbi pabulo roborare; aberrantes verò, & ad noxia pascua divertentes, Pastorali Virga ad bonam frugẽ reducere; Agnos quoque, ingenuos scilicet Pueros, immò & Adultos, qui ob nunquàm satis detestandam socordiam Sacrosanctæ Fidei rudimenta ignorant, impigra sedulitate ad Christianæ Doctrinæ ubera admovere satagãt; aliàs juremeritò ipsismet agrestibus feris deteriores à Ieremia existimabuntur, dùm ait: *Sed & Lamiæ nudaverunt mammam, lactaverunt catulos suos: adhæsit verò lingua lactentis ad palatum ejus in siti, petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Vndè Apostolorum Princeps ab ipsis Ecclesiæ primordiis eos admonuit: *Pascite, qui in vobis est, Gregem Dei, non coactè, sed spontaneè, neque ut Dominantes in Cleris, sed forma facti Gregis ex animo.*

Prouerb. 27. v. 23.

Thren cap. 4 v. 3. & 4.

1. Petr. c. 5. v. 2. & 3.

Ce-

Ceterùm cùm operæpretium sit tùm eos, qui jàm spirituali Animarum regimini præsunt, ad omnia, quæ præsentibus Synodalibus Constitutionibus sancienda sunt, fidelitèr explenda in Domino adhortari, tũ etiã quid in illis ad hujusmodi Ministerium capessendum seligendis exoptetur, brevitèr præscribere; satis propriæ conscientiæ, & vestris quoque, Dilectissimi, qui examini eritis præficiendi, consultum erit, si nos, seclusis quibuscũque humanis respectibus, tantùm Deum præ oculis habentes, uniuscujusque Promovendi merita, nempè doctrinam, probitatem, & prudentiam æqua lance librare curabimus. Ii verò, qui ad tale munus vocandi sunt tanquàm Aaron, nullo ambitu, vel emendicatis officiis (quæ in re tàm gravi parvipendere fas est) sese intrudere præsumant, nè pastorali S. Gregorii Papæ censura inter eos numerentur *qui nullis fulti virtutibus, nequaquàm divinitùs vocati, sed sua cupidine accensi culmen Regiminis rapiunt potiùs, quàm assequuntur*. Occurrendum quoque est opinioni, quæ in quibusdam Neapolitani Cleri magno cum,

In Pastorali l. 6. c. 1.

Ec-

Ecclesiæ detrimento nimiùm invaluit, nimirùm, quod infrà dignitatem viri existimatione prædíti habeatur, oneri administrandæ Parœciæ, præsertìm, si ea divite careat proventu, humeros supponere. Porrò qui ità sentiunt immemores sunt celeberrimi effati, quod *Ars artium regimen Animarum*, & pro ditissimo munere reputari debeat ab ijs, qui cum Apostolo *Christum lucrifaciunt*. Si quis verò in respuendo onere modestiæ, & humilitatis speciem obtendere velit, audiat præfati Gregorij monitum, cui Sanctus Thomas adstipulatur: *Tùnc antè oculos Dei vera est humilitas, cùm ad respuendum hoc, quod utilitèr subire præcipitur, pertinax non est*: Immò & Sacri Canones ità præscribunt: *Si quam operam vestram Mater Ecclesia desideraverit, nec elatione avida suscipiatis, nec blandiente desidia respuatis*.

S.Gregor. in Moral.

Ad Phil.3.

S.Greg. in Pastorali, p. 1. cap.6. relat à S.Th. 2.2. qu.185. art.2.

16.q.1 c.nos autem.

Verùm quemadmodùm Sacerdotibus idoneis, licèt invitis, per Evangelicum illud præceptum, *Compelle intrare*, minorem in suscipiendis Parœcijs reluctantiam suaderi vehementèr desidero; ità & nimiam in petenda facultate Sa-

Luc.c.1.v.14

Digitized by Google

Sacramentales Confeſſiones audiẽdi cupiditatem laudare non poſſum. Quandoquidèm graviſſimum, anceps, & incertæ opus aleæ exiſtimari debet Eccleſiaſticum in miniſtrando Sacramento Pœnitentiæ munus; quippè quod, ſi congruæ Miniſtri doctrinæ, integritati, & prudentiæ demandatum fuerit, magnum indè animarum lucrum exoriri, ſi verò deficiente, vèl infatuato Evangelicæ Sapientiæ ſale mens Confeſſarij deſipiat in ejuſdem perniciem vergere poterit, immò & pœnitentium, qui dùm ſeſe hominis judicio ſiſtunt, ad Supremum Divini Iudicis Tribunal accedũt, ubi ſecluſa quacumque perſonarum acceptione, intima conſcientiarum penetralia reſerari, & peccatorum vulnera, modò lenimentis ad normã charitatis, nõ ex quæſito aſſentationis fuco compoſitis, modò ferro, & igne, ſi opus fuerit, curari debent. Idcircò juxtà Davidicum effatum *mendaces* eſsẽt *filii hominum in Stateris*, nempè Confeſſarij deſciſcentes à ſalutaribus S. Auguſtini monitis, qui ait: *Non afferamus Stateras doloſas, ubi appendamus quod volu-*

Pſalm. 61. v. 10.

De Baptiſmo contra Donatiſtas l. 2. c. 6.

volumus, & quomodò volumus pro noſtro arbitrio dicentes hoc grave, hoc leve eſt, ſed aſſeramus Divinam Stateram de Scripturis Sanctis, tanquàm de Theſauris Dominicis, & in illa quid ſit gravius, quid leviùs appendamus, immò non appendamus, ſed à Domino appenſa recognoſcamus. Profectò Deus, *qui paravit in judicio Thronum ſuum* judicans *Orbem Terræ in æquitate, & Populos in juſtitia*, non ideò vicariam contulit juriſdictionem Animarum directoribus, ut ipſi præcepta Decalogi, legeſque Divinas, & Eccleſiaſticas ad commodum, immò veriùs perniciem Pœnitentium detorquentes, eos ad minus tutam mandatorum Dei ſemitam percurrendam audactèr manuducere non reformident, obtentu benignioris Moralis, quæ, cautè, & maturo examine dirigenda, mentem requirit ſana doctrina imbutam, veritatis amantem, temporalis lucri omninò expertem, & à noxia adulationis labe penitùs abhorrentem, nè inimis laxas, & ad interitum trahentes degeneret opiniones, quæ veluti Vulpes parvulæ Vineam Domini demoliuntur. Hinc eſt, quod adversùs hujuſmodi abu-

relat. in Can. Non aſſeramus 24. q. 1.

Pſal. 9. v. 9.

Cant. cap. 2. v. 15.

Digitized by Google

sum Sancti Patres, & celebriores Ecclesiæ Doctores, quos recensere (ut tempori parcam) prætermitto, abundè declamãt, & præsertim præfatus Augustinus, de Civitate Dei tutioris scientię moralis Arcem propugnat, admonens: *Excubandum esse, nè opinio verisimilis fallat, ne decipiat sermo versutus, nè se tenebræ alicujus erroris offundant, nè, quod bonum est malum, aut quod malum est, bonum esse credatur, né in ea, quæ agenda non sunt cupido præcipitet.* Studeat igitùr sapiens Confessarius solidam sanioris sententiæ fortitudinem miti charitatis suavitate temperare, ut cum Samsone in ore Leonis favum mellis inveniat, & meritò dici possit: *de forti egressa est dulcedo*, quæ Animarum saluti prodesse valeat.

l. 22. de Civit. cap. 23.

Iudicum cap. 14. v. 14.

Reliquum est, ut de Vniversi Cleri moribus, vitæque honestate, ac diligenti eorum, qui in sortem Domini vocati sunt, delectu aliquid edisseram. Cum igitùr juxtà Sacrorum Canonum testimonium *Presbyteros turbæ contemptibiles faciat*, mentis aciem intendere oportet monitis Zosimi Papæ, qui adversùs Episcopos contrà mentem Apostoli citò manus imponentes,

Dist. 93. c. legimus.

Digitized by Google

tes; & de contemptu Ecclesiastici Ordinis exindè procedente, hisce verbis conqueritur: *Facit hoc nimia remissio Consacerdotum nostrorum, qui pompam multitudinis quærunt, & putant ex hac Turba aliquid sibi dignitatis acquiri. Hinc passim numerosa popularitas, etiàm in locis, ubi solitudo est, talium reperitur, dùm Parochias extendi cupiunt, aùt quibus aliud præstare non possunt, Divinos Ordines largiuntur, quod oportet districti semper esse judicii: rarum est enim omne, quod magnum est.* Sed clariòr, & irrefragabilis à Sacro Concilio Tridentino præscribitur regula: *Statuit Sancta Synodus, ne quis deinceps Clericus secularis, quamvis aliàs sit idoneus moribus, scientia, & ætate, ad Sacros Ordines promoveatur, nisi priùs legitimè constet, eum Ecclesiasticum beneficium, quod sibi ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere; Patrimonium verò, vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarũ.* Has, inquam, sanctiones animo revolvant, qui repulsæ, vel moræ pertæsi, Clericali Militiæ nomen dare, & ad Sacros Ordines festinantèr promoveri contendunt,

Dist. 59. c. si officia.

Sess. 21. de Reform. c. 2.

dunt, præter missis Ecclesiæ gradibus ritè servandis, ac necessariis in proprio Ordine exercitationibus, per quas Altaris stipendia mereri, & more Ecclesiasticæ Disciplinæ veterani Milites, scilicèt Presbyteri, evadere possint. Quapropter initiati, & in Minoribus Ordinibus, vel Sacris constituti sese Parochialibus Ecclesiis adscriptos, & ad eisdem assiduè inserviendum mancipatos esse sciant, & si *Iosue filius Nun* (uti in libro Exodi legitur) *Puer non recedebat de Tabernaculo*, quantò magis de Templis, ubi non in figura, sed re vera Sacrosanctum Iesu Christi Corpus adoratur, & Fidelibus porrigitur, Sacri Ministri non recedere, proprioque officio impigrè fungi tenentur. Et ut id religiosè præstetur, sicùt decet res sanctas, perneccssariæ sunt matura in Promovendorum mores animadversio, indolis, & vocationis probatio, aliæque prævię dispositiones, quæ seculum non redoleant, juxtà Angelicam etiàm hac in rè Divi Thomæ doctrinam dicentis: *Omne, quod elevatur ad aliquid, quod excedit suam naturam, oportet, quod disponatur aliqua dispositione, Sua sit supra suam naturam.*

Exod. cap. 33. v. 11.

1. p. qu. 12. art. 5.

Ta-

Digitized by Google

Talibus igitùr dotibus instructi, qui in stadium Ecclesiasticæ vitæ ingrediuntur, alacriùs pertingere poterunt ad metam, ubi perfectioris virtutis Bravium, donum scilicèt perseverantiæ, consequi valeant, ac velùti ex alto Olympi vertice peccatorum nebulas, fœdasque seculi corruptiones despicientes Domum Domini super verticem Montium fundatam Sanctis, castisque moribus exornare, & adversùs nequissimi hostis insidias strenuè propugnare curabunt. Verùm qui Sacri Characteris obliti vitæ honestatem pessumdare, & in hac lacrymarum valle cœnosas inire vias non erubescunt, tanquàm Cæcorum duces semetipsos, aliosque ob pravum exemplum collabentes in scelerum foveam proiicient: Vndè super hæc Ieremiæ verba: *Dispersi sunt lapides Sanctuarii in capite Platearum*, Sanctus Bernardus suas quoque lacrymas effundit, dum Pastores in Synodo congregatos alloquitur: *Lapides Sanctuarii, id est Sacerdotes sunt in capitibus, id est in introitu latarum viarum, docent enim Populos per prava exemplà ingredi vias latas, quæ du-*

Isaiæ cap. 2. v. 2.

Thren. c. 4. v. 1.

Serm. ad Pastores in Synodo congregatos circa med. inter opera D. Bernardi

Digitized by Google

ducunt ad mortem, & demergunt in profundum Inferni. Abſit ab hac Diœceſi, Deo opitulante; hæc nunquàm ſatis deflenda calamitas, ſed omnes Eccleſiaſticam vitam ſectantes *ut filii lucis* ambulent. Et licèt de ſpirituali Neapolitani Cleri diſciplina, & morum honeſtate, cujus ſpecimen apud exteras quoque nationes prefulget, voti compos, perpetes Omnipotenti Deo gratias agere tenear, nè tamèn charitas refrigeſcat, & cum uberrima meſſe zizania ſuccreſcat, omnes non meis, ſed Beati Petri vocibus adhortor: *Magis ſatagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis; hæc enim facientes non peccabitis aliquando.* Et quemadmodùm Sacerdotes, Eccleſiæque Miniſtri aſſimilantur Altari, & Vaſis Deo dicatis, quæ juxtà Levitici Ritum ſanguine aſpergebantur, undè Apoſtolus argumentum deſumit, quod *omnia penè in ſanguine ſecundum legem mundantur*, ità quoque cuncti noſtræ Diœceſis Eccleſiaſtici omnia in ſanguine Divi Ianuarii perenni miraculo, & innumeris ergà Religioſiſſimam hanc Vrbem, & prædilectum

Ad Epheſ. c. 5. v. 8.

2. Petr. cap. 1. v. 10.

Ad Hebr. c. 9. v. 21.

Digitized by Google

ctum Populum ſuum gratiis inclareſcente, nempè ſub fauſtiſſimo Supremi Tutelaris Patrocinio opera vitæ æternæ à mundano pulvere purgata patrare nitantur, ut in hac auſpicatiſſima feſtivitate (ſuffragantibus quoque piis precibus, & exemplis Venerabilium Præſulum, qui hunc conſeſſum condecorare non gravantur) præſertìm circà ea, quæ pro deliberatione, & obſervantia præſentis Synodi proponuntur, ab ore Divino audire mereantur: *Paraclitus autèm Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia.* Ioan. cap. 14. v. 26.

CON-

Digitized by Google

Digitized by Google

CONSTITVTIONES ET DECRETA

Primæ Diœcesanæ Synodi Neapolitanæ

AB EMINENTISS. ET REVERENDISS. DOMINO

CARDIN. CANTELMO

Archiepiscopo celebratæ

Anno Domini M.DC.XCIV.

In Nomine Sanctissimæ, atque Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

NOs Iacobus, Miseratione Divina, Tit. SS. Petri, & Marcellini, S.R.E. Presbyter Cardinalis Cantelmus Archiepiscopus Neapolitanus. Ad Dei Omnipotentis, ac Deiparæ semper Virginis Mariæ, Beatorumque Ianuarii, & Aspreni, aliorumque Sanctorum hujus Ecclesiæ Antistitum, ac Patronorum laudem: Pro ea, quatùm auctoritate fulcimur, tùm charitate, & vigi-

Digitized by Google

lantia poſtulamur, hæc, quæ ſequuntur; in præſenti Prima noſtra Diœceſana Sÿnodo legitimè congregata, matura deliberatione, conſilioque præmiſſis, ſanctione perpetua, STATVIMVS, DECERNIMVS, & PVBLICAMVS. Eundem Dominum totis viſceribus exorantes, ut quæ pro Cleri noſtri ſalutari diſciplina, Divini Cultus augmento, ac debitis Eccleſiarum obſequiis, Chriſtique Fidelium, quorum regimen immeriti ſubſtinemus, ædificatione, & ſalute, morumque reformatione diſponenda cognovimus ab omnibus, ac ſingulis, ſic, ut inviolabilitèr ea ſervari præcipimus, opere compleantur: Cui ſoli honor, & gloria.

PARS

Digitized by Google

PARS PRIMA

De Fide, & Fidei professione.

CAPVT I.

CHRISTIANÆ Fidei primordia, ceù inũdãtes aquas è petra signo Crucis percussa Fidelissima Vrbs Neapolis hausit à Beato Petro, in cujus petra Christus Dominus ædificavit Ecclesiam suam: Quandoquidèm idem Apostolorum Princeps erexit lapidem in titulum nascentis Fidei, ubi religiosè veneramur Divi Petri Aram, feliciorem utique altera in Areopago ignoto Deo dicata, per quam Divus Paulus Viris Athenienſibus verum Numen indicavit. Porrò tanti beneficii memores Aram Fidei, ex qua mille clypei pendent, acritèr propugnare debemus contrà nequissimi hostis tela, qui Arcem Ecclesiæ militantis tot propugnaculis, & suamet majestate suffultam justo bello aggredi non ausus, per subdolos insidiarum cuniculos fundamenta Apostolorum, & Prophetarum, quibus tota moles nititur, diruere studet. Arceantur igitùr Pastorali cura, & impavido labore à Sacris Evangelii Ministris vaferrimi Aggressores ab Ecclesia, quam Redemptor noster acquisivit sanguine suo, posuitque pro muro, & antemurali Sanctorum Martyrum, præsertim S. Ioannis Baptistæ, & Divi Ianuarii supremi Regni Patroni inclytum sanguinem mitis modis ebullientem adversàs hostes semèl traditæ fidei nunquàm interituræ. Vt igitùr insignis hæc Ecclesia absque macula, & ruga perpetuum induat decorem, pro Fidei professione sequentes regulas præscribimus.

Matth. cap. 16. v. 18.

Genes. cap. 28. v. 22.

Act. cap. 17. v. 23.

Cantic. cap. 46. v. 4.

Ad Ephes. cap. 2. v. 20.

Act. cap. 20. v. 28.

Ad Ephes. cap. 5. v. 27.

2. Nulla ratione, prætextu, vel quæsito colore prætermittatur Professio Fidei ab iis, qui ad eam emittendam tenentur, juxtà formam præscriptam Constitutione Pii IV.

Pius IV. Cõstit. 89 Injunctum nobis

3. Meminerint propterea provisi de Canonicatibus, & dignitatibus in nostra Ecclesia Cathedrali debere prædictæ obligationi satisfacere intrà duos ad minùs mẽses à die adeptæ possessio-

Digitized by Google

3. *Trid. sess. 24. de Refor. cap. 12. Pius IV. d. Cōst. 89* sionis, quod tempus eisdem statutum est ex decreto Sacri Concilii Tridentini ad ipsam professionem emittendam etiam in Capitulo.

4. *Trid. loc. citat.* 4. Promoti ad curam Animarum debent dictam Fidei professionem emittere intrà bimestre à die adeptæ possessionis.

5. *Ex Decr. S. C. Conc. ut in 1. Synod. Car. de Aquaviva dec. 1. anno 1607.* 5. Concionatores pariter, etiàm Regulares tenentur ad emittendam Fidei professionem.

Ex Act. Eccl. Mediol. S. Caroli p. 4. Instruct. Prædic. 6. Quicumque scientiarum, & bonarum artium professores eadem obligatione afficiuntur.

6. *Pius IV. Const. 88. In Sacrosancta.* 7. Ludimagistri, sicuti nō debēt docendi munus assumere, nisi fuerint à Nobis de vita, moribus, & scientia examinati, ac approbati, sic post approbationem, & antequàm docere incipiant, Fidei professionem coram nostro Vicario Generali emittant, cavēntes à contraventione, pro qua plectentur etiàm pœna carceris ad nostrum arbitrium.

7. *S. C. Concil. in Terracin. 29. Aug. 1581 1. Synod. Car. Philam. d. 8. an. 1642.* 8. Parochi autèm nō patiātur intrà fines propriæ Parœciæ aliquem ex prædictis docendi munus suscipere, vel susceptum exercere, nisi de emissa per ipsos Fidei professione sint edocti.

8. *Ex 1. Conc. Prov. Mediol. sub S. Carolo p. 1. hoc tit.* 9. Omnes etiàm Ecclesiastica beneficia assecuti, ad Synodū Diœcesanam de jure, aut de consuetudine convenientes pro prima vice, qua in ea interfuerint, faciant publicam Fidei professionem, ex præscripto Sacri Concilii Tridentini.

9. *Trid. sess. 25. de Reform. cap. 2.*

De Doctrina Christiana.

CAPVT II.

1 PRima Christianę Doctrinę rudimēta jure meritò assimilātur grano Sinapis, quod mini mū quidē est omnibus

Matth. cap. 13. v. 31. seminibus, cum autèm creverit, majus est omnibus oleribus, & fit arbor, itaùt habitent in ramis ejus Volucres Cœli, quales sunt ingenui Pueri, & Adolescentes, dum assiduo Symboli Apostolorum, Præceptorum Decalogi, aliarumque ad Christianam vitam capessendam institutionum modulamine, Deo, qui lin-

Sapient. cap. 10. v. 21. guas Infantium, & lactentium reddit disertas, piè famulantur. Quapropter oportet alacri studio teneras hasce plantas in Viridario Ecclesię consitas excolere, & irrigare, ut in adolescente

æta-

Digitized by Google

ætate incrementum det Deus: aliàs pertimeſcendum eſt, ne ob incuriam ſpiritualium Adminiſtrorum, & Parentum, qui contra votum Apoſtoli *ſuorum maximè domeſticorum curam non habent*, veluti rudes frutices ignorantiæ, & vitiorum vepribus circumſepti evadant *arbores autumnales, infructuoſa, bis mortua*, quæ fructum non dabunt in tempore ſuo. 1. *ad Timoth. cap. 5. v. 8.* *Judæ Epiſt. v. 12.*

2. Idcircò adimpleãt omninò Parochi, & alii, quibus imminet cura Animarum, præceptum à Sacro Concilio Tridentino ipſis injunctum ſingulis Dominicis diebus, aliiſque feſtivis, Pueros, ceteroſque indigentes prima Fidei rudimenta, ac obedientiam erga Deum, & Parentes edocendi, & in hac tam ſalubri eruditione omnem operam, ſtudiumque adhibeant, convocantes propterea prædictis diebus à prandio ſono campanulæ ad Doctrinam Chriſtianam Pueros, & ceteros indigẽtes prædictos, quos cum omni charitate in articulis, præceptiſque Fidei Chriſtianæ inſtruant, & confirment. Et licèt in qualibet Parœcia, tàm Civitatis, quàm Caſalium fuerint de mandato noſtro, & à noſtris Deputatis electi Adminiſtri, qui edocendæ Doctrinæ Chriſtianæ incumbant, ſciant tamèn Parochi, illos mitti ad ipſos ſublevandos, non exonerandos proprio, & præcipuo eorum munere. 2. *Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. & ſeſſ. 24. cap. 4. de Reform.* *B. Pius V. Conſtit. 137. Ex debito.* *Syn. Provinc. Neapol. ſub Mario Carafa Archiep. anno 1576. cap. 4.* *Syn. Diœceſ. Card. Alf. Carafæ anno 1565. pag. 122.* *1. Syn. Card. Boncompagni an. 1627 & 1. & 3. Syn. Cardin. Caraccioli an. 1669. & 1676. hoc tit.*

3. Semèl, atque iterùm omittentes, feriæ correctioni ſe reddent obnoxios, ſi ter, & quater continuò, ſuſpenſione à divinis punientur, niſi fuerint legitimo impedimento detenti; creſcente autèm contumacia per ſex vices continuas, noverint taliter negligentes, quod deputabitur ipſis Oeconomus in ſua Parœcia; hortamur tamèn omnes, ut potiùs, quàm pœnarum impulſu, terreantur ſtricta ratione, quam reddituri ſunt Deo Animarum ſibi commiſſarum. 3. *Ex Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. & ſeſſ. 24. cap. 4. in fine. De Refor. & juxta Decretum S. Cong. Epiſc. & Regul. in Bergomen. 22. Nov. 1592.*

4. Interſint ipſimet, nèc quemlibet in hoc munere ſubſtituant, niſi legitimo impedimento detenti. 4. *3. Syn. Car. Caracc. an. 1676. hoc tit.*

5. Moneant, obſecrent, increpẽt Patresfamilias, & eos, qui aliorum curam gerunt, ut memores proprii debiti non patiantur filios, ſibique ſubditos ea ignorare, quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria, ſed ad earum rerum inſtructionem mittant illos ſtatutis temporibus. 5. *Ex V. Con. Prov. Med. S. Caroli p. 2. hoc tit.*

Non

Digitized by Google

6. Leo X. in Conc. Lateran. sess. 9. can. 7. & in Bullario Cōstit. 7. Superna. Syn. Prov. Neapol. cit. l. c.

6. Non prætermittāt commonere, ac etiàm præcipere Pedagogis tàm publicis, quàm domesticis, ut Pueros eorum custodiæ, & regimini commissos deducant ad Doctrinam Christianam ediscendam in Ecclesia sub horam destinatam, & si quis ex eis detrectaverit, ad Nos referant.

7. S. August. lib. de Catechizandis rudibus cap. 13.

7. Sciāt etiàm nō satisfacere proprio muneri quolibet illius exercitio; si enim aliquos esse noverint hebetioris ingenii in sua Parœcia, debent eos magis peculiari studio edocendos sibi assumere, illosque separatos ab aliis, constituto ad id tempore opportuno, accuratiùs instruere, ut repetitis interrogationibus, verbis claris, ac etiam similitudinibus ad eorum captum compositis ipsorum crassitiem superent, & mysteria ex necessitate scienda in omni patientia sensim instillent.

8. Ex Actis Eccles. Med. sub eod. p. 4. de Confirm. Tit. de Patrin.

8. Soliciti sint iidem Parochi, quod qui fungi debent officio Sponsoris, seù Patrini in baptismate sint sufficienter instructi in articulis Fidei, nec illos admittant, qui Fidei rudimenta ignorant, in quo ipsorum Parochorum conscientiam oneramus.

9. Ex Decr. S. Congr. Episc. 11. Ianuarii 1600. in Lesneti. Et juxta lit. Circ. S. Cong. Conc. ad omnes Archiep. sub die 19. Ian. 1619. atque ex v. Conc. Prov. Med. S. Car. l. c.

9. Parochis Casaliū seriò injūgimus, ut diebus festivis antè Missæ celebrationem recitent in publico Populi conventu, & alta voce, ad majorem ipsius Populi instructionem, Italico, & vulgari idiomate Symbolum Fidei, Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Decalogi, & Ecclesiæ præcepta, ità clarè, & distinctè, ut ipse Populus possit singula facillimè repetere.

10. Cap. Vt quisque 3. de vit. & hon. Cler. Ex 4. Conc. Prov. Med. sub eod. p. 2. De Sac. Ord. & Diœcesan. 4. d. 5. et ex Edict. SS. D. Innoc. XII. 11. Febr. 1691. tunc Archiep.

10. Clerici in Parœciis sibi assignatis, vel assignādis adjuvēt Parochos in munere Doctrinæ Christianæ, alioquin ad ulteriores Ordines non promovebuntur, & moniti sint, hoc fore unum ex requisitis, cui nullatenùs dispensabitur, & probandū fore per literas testimoniales Deputatorum de mandato nostro in qualibet Parœcia, ultrà similem attestationem à propriis Parochis obtinendam.

11. Ad c. Ignorantia, dist. 38. & Triden. sess. 23. de Refor. cap. 14. Ex cit. Syn. Diœc. S. Caroli l. c. et Edict. cit.

11. Neque Presbyteri admittētur ad audiēdas confessiones Sacramentales, nisi ipsi quoque similibus testimonialibus literis docuerint sese exhibuisse coadiutores Parochorum in eodem munere.

12. Deputati pro Doctrina Christiana, percurrēdo etiā Casalia

Digitized by Google

lia tempore à Nobis ſtatuendo ſedulò invigilent, an omnia, & ſingula prædicta Decreta diligentèr obſerventur tàm in ipſis Caſalibus, quàm in Civitate, eaque obſervari curent, ac in Congregatione, quam coram Nobis inſtituimus convocandam ſaltèm in menſem, ut inceptum eſt, referant frequentiam, aut infrequentiam Puerorum, & quicquid aliud contigerit ſcitu dignum, ut in opere tanti ponderis poſſimus ad Dei gloriam, & animarum ſalutem, favente Domino, ſempèr opportuniùs providere.

12. *Iuxta Inſtitut. Doctrinæ Chriſtianæ S. Caroli in Act. Eccl. Med. p. 5.*

13. Etiam Ludimagiſtris inhærētes Decreto Cōcilii Lateranenſis ſub Leone X. ſtrictè præcipimus, ut ſemèl ſaltèm in hebdomada præcepta Doctrinæ Chriſtianæ explicent in ſuis Scholis.

13. *Leo X. ubi ſup.*

14. Concionatores in eorū Cōcionibus Quadrageſimalibus, & Adventus excitent feriis admonitionibus Patresfamilias, & Dominos, exponendo eis tùm propriam obligationem curandi, quod filii, & ſibi ſubditi in Doctrina Chriſtiana inſtruantur, tùm Divinam ultionem à negligentibus expectandam.

14. *Ex præc. litt. Circul. S. Cong. Concil. 19. Ian. 1619. Et iuxta V. Conc. Prov. Med. S. Car. p. 1. hoc tit.*

15. Interrogēt Confeſſarii eoſdem Parentes, & Dominos, an dictæ obligationi ſatisfecerint ſtrenuè curando, ut filii, & famuli Fidei Chriſtianæ præcepta ediſcant, & pro non adhibita diligentia ſalutares pœnitentias, & opera ſatisfactoria ipſis injungere non deſinant.

15. *Ex cit. Conc. Mediol. l. c.*

16 Cōgregationem Catechumenorū appellatam, cujus inſtitutio verſatur in inſtructione Doctrinæ Chriſtianæ, hortamur in Domino, ut tàm ſalubre inſtitutum alacritèr proſequatur, & fortaſsè remiſſum acriori ſtudio reſumat, ut Indulgentias ſibi propterea à ſummis Pontificibus elargitas conſequatur.

16. *Syn. Provinc. Neapol. cit. cap. 4.*

De Verbi Dei Prædicatione.

CAPVT III.

1 APoſtolicum Evangelii prædicādi munus linguas exigit ignitas, Propheticæ veritatis calculo mundatas, ſecularis fuci expertes, ad vitiorum labem profligādā, & bonam virtutum meſſem excolendam apprimè eruditas: Nam quomodò erunt

Isaiæ cap.40. v.4. erunt prava in directa, & aspera in vias planas, quomodò para-
Matth.cap.3.v.3. bimus viam Domino, rectas faciemus semitas Deo nostro, si non vox clamantis in Deserto pertingens usque ad divisionem animæ, & medullarum, sed suavis Serpentis sibilus in Paradiso voluptatis damnandæ artis lenocinio imbutus audientium aures, animosque permulceat? Sanè dedecet Christianum hominem, nedùm Sacrum Præconem de rebus maximis, atque gravissimis, de Deo, de pietate, de Religione, de morum disciplina, Sacratis in locis, antè Aras, sub Throno Agni, prætermisso vi-
Apoc.cap.5.v.8. ginti quatuor Seniorum exemplo, qui *Phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt Orationes Sanctorum*, offerunt, Scenicam ferè personam induere compto, stultoque vaniloquio, imò (quod pejus est) scurrilibus verbis Evangelicam puritatem corrumpere, atque minori gravitate, qua olim Ethnici Oratores utebantur, res sacras tractare, quamvis, clamante Apostolo, prædicatio
1.ad Corinth. cap. 2.v.4. sit *non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis*. Quapropter qui verbum veritatis, non se-
1.ad Corinth. cap. 1.v.23. metipsos, sed Christum Crucifixum evangelizare tenentur, seriò agnoscant propriam Apostolici muneris vocationem, *amplectentes eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potentes sint exhortari in doctrina sana.*
Ad Titum c.1.v.9 2.

2. Cuicumq; sivè Seculari, sivè Regulari, & quomodolibèt
Leo X.in Conc.Later.sess.11. & in Bull.Const.21. Trid.sess.5.de Ref. c.2. & sess.24.c.4. Greg.XV.Const.18. exempto prohibemus in Ecclesiis, aliisque locis Sacris hujus Civitatis, aùt Diœcesis habere conciones ad Populum, non impetrata à Nobis, vel nostro Vicario Generali facultate, sine qua non patiantur Parochi quempiam intra fines suæ Paroeciæ concionari, minusque Rectores, vel aliquam Superioritatem exercentes in ipsis Ecclesiis, & Sacris locis id permittant.
Inscrutabili. Clem. X. Const. 7. Superna.

3. Iidem Regulares in Ecclesiis, vel Oratoriis suorum Ordi-
Syn. Prov. Neap. cap.5.hoc tit. 1.Syn.Car.de Aqua viv. an.1697. d.1. 2.Syn. Car.Carac. an.1672.hoc tit.n.2 3. Excit.Const.Greg. XV.& Clem.X. et dicta 2.Syn.Car. Carac. num, ubi interfunt Seculares, sivè in Ecclesiis, aùt ad Crates Monasteriorum Sanctimonialium eorum Jurisdictioni subiectarum, licèt clausis januis, & sine interventu alicujus Secularis prædicare, vel Sacras orationes habere non audeant, sine nostra benedictione, juxtà Constitutionem Clementis X. *Superna*, quam in omnibus observabunt.

4. Concionatores, qui gravitate morum, & provecta ætate com-

Digitized by Google

commendati in Ecclesiis Monialium, excluso Populo, & clausis januis sermocinari debent, vetitum sciant, ex Decreto Sacræ Congregationis in calce registrando, immiscere sermones cum Monialibus sub quocumque prætextu, etiàm spiritualis institutionis, & dubiorum ad peractam concionem pertinentium. Abstineant quoque à verbis, quæ seculum redoleant, sed plano, patheticoque sermone accensas Sacrarum Virginum lampades meliùs aptent ad obviam eundum Sponso Christo Domino, nè infatuato sacri eloquii sale prudentes Virgines fatuas reddant.

4. *Ex Decr. S. Congr. Conc. 21. Maii 1678.*

5. Formidèt Cõcionatores, nè ad ipsos referri possint verba illa Regalis Prophetæ ad Peccatorem: *Quarè tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* ac proindè Concionem habituri exonerent conscientiam suam per pœnitentiæ Sacramentum, nè dùm aliis prædicant reprobi efficiantur.

Psalm. 49. v. 9.

5. *S. Greg. l. 4. Moral. c. 21. & lib. 6. c. 25.*

1. ad Corinth. cap. 9 v. 27.

6. Moniti sint etiam nè Divini Verbi cãdorem prophano eloquentiæ fuco inficiant, sed utãtur argumentis, & rationibus depromptis ex divinis literis, & Sanctorum Patrum authoritate firmatis, nevè Sacram Scripturam ad suos sensus detorqueant contrà eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, aùt contrà unanimem Patrum consensum, nec in proferendis sententiis à veteri, vulgataque Bibliorum editione perpetuo Christianorum usu comprobata discedant.

6. *Leo X. in Conc. Later. cit. sess. 11. & Constit. 1. Syn. ned Prov. Neapol. l. c.*

7 Meminerint sui muneris finem, & obiectum esse, peccata hominum expugnare, animas de manu dæmonum redimere, & Dei gloriam comparare, non verò doctrinæ, aut inanis facundiæ ostentationem affectare, sibique plausum, aùt existimationem adsciscere.

7. *Trid. sess. 2. decr. de Purgat. & sess. 5. cap. 2. de Refor.*

8. Idcòque caveant, nè ad fabulas convertantur, ut auribus pruriant Auditorum, nè dignissimum Verbum Dei reddant rebus ridiculis contemptibile, nè facetiis, rebusque non minùs vanis, ac supervacaneis utantur.

8. *Ex Aliis Eccl. Mediol. p. 4. In Instr. Prædic. de mat. cõcion. ubi etiam de sequentibus.*

9. Historias, aùt miracula dubiæ fidei non afferant, sed ea, quæ vera sunt, & probatissimorum Scriptorum commendantur monumentis.

10. Non confarciant Sacras Orationes curiosis quæstionibus, opinionibus singularibus, vanisque Paradoxis, quæ in Sa-

10. *Syn. Prov. Neap. cit. cap. 5.*

Digitized by Google

cris Suggestis sunt prorsùs absona; nihil problematicum tractent, neque exoticis Philosophorum mercibus prophanam faciant nundinationem, corrumpentes rebus inutilibus prædicationis fidem.

11. *Iuxta Lit. S. Congr. Conc. de mand. Innoc. XI. sub die 6. Iulii 1680.*

11. Observent generalitèr ea, de quibus voluit ipsos esse monitos sa: mem: Innocentius XI. qui recentem prædicationis modum tanquàm à primævo Apostolorum instituto prorsùs aberrantem, ac universo Gregi exitiosum damnans, literas à Sacra Congregatione Concilii in fine præsentis Capitis registrandas mandavit expediri.

12. *Concil. Later. ubi supra. 1. Cõc. Prov. Med. sub eodem S. Carolo hoc tit.*

12. Vitia, ac defectus insectentur, sed tali circumspectione, ut nequeat Populus ex circumstantiis admodùm propriis, & quasi quenquam circumscribentibus arbitrari, quod ipsi de certa, & particulari persona loquantur, & caveant præcipuè in hoc discrimen adducere Parochum, quem non debent cum Animarum detrimento contemptibilem reddere, sed si in eò aliquid corrigendum noverint, servent præceptum Evangelicum: *Matth. 6. 18. v. 15.* *Corripe inter te, & ipsum solum*: & ab hac etiàm secreta abstineant correctione, priusquàm sint plenè certiores facti, cum non debeant faciles dare aures quibuscumque vocibus, & susurris.

13. *Trid. sess. 5. de Ref. cap. 2. & sess. 24. cap. 4.*

13. Perquirant à Parocho, aliisque piis, gravibusque Viris mores Populi, ut cum eo fructu, qui ex prædicatione intenditur, exprobranda possint exprobrare, commendanda commendare, vitia ostendere, quæ declinari, & virtutes, quas oporteat, sectari.

14. *Iuxta Dec. S. Cõg. Episc. & Regul. in Placentin. 20. Iulii 1619. Syn. Prov. Neapol. l. c. & ex 1. & 6. Conc. Prov. Med. S. Car. p. 1. hoc tit.*

14. Eleemosynas in concionibus pro seipsis, vel suis Sociis non petant sub pœna perpetuæ inhabilitatis ad concionandum, pro ceteris verò personis, nisi impetrata licentia à nostro Vicario Generali in Vrbe, & à Vicario Foraneo, vel saltèm à Parocho in Diœcesi.

15. *Ad cap. Inter cetera 15. de Off. Iudic. Ordin.*

15. Cursu quadragesimali, aùt Adventus peracto, non omittant ad Nos referre quicquid nostra cognoverint indigere solicitudine pro salubri remedio.

16. *Triden. ubi sup. & sess. 22. de Sacr. Missæ cap. 8. & sess. 24. c. 7. de Ref. & Syn. Prov. N. cap. loc. cit.*

16. Parochi etiàm tùm in Dominicis, tùm in aliis festis diebus Verbi Dei pabulo commissas sibi Oves reficere, ac instruc-

Digitized by Google

ſtruere non omittant, explanantes præſertim genuinum ſenſum Evangelii currentis, ſub pœna deputationis Oeconomi in caſu contumaciæ ex pluribus defectibus.

17. Conciones in Eccleſiis habendas eſſe edicimus diurnis tantùm horis, nunquàm nocturnis. 17. *Syn. Prov. Neap. t. c. & ex. 1. Concil. Prov. Med. de quo ſupra.*

INNOCENTII XI. *Admonitio ad Verbi Dei Concionatores per Literas Sacræ Congregationis Concilii.*

Foris. Eminentiſs. & Reverendiſs. Dom. Obſervandiſs. Domino Cardinali Caracciolo Archiepiſcopo Neapolitano.
Intùs. Eminentiſs. & Reverendiſs. Domine Obſervandiſs.

A Pluribus Chriſtiani Orbis Provinciis graves, frequenteſque Romam, atque ad ipſam Sanctam Sedem adventãt, „ ſeù delationes, ſeù querelæ adversùs præſentem prædicationis uſum, tanquàm à primævo Apoſtolorum Inſtituto prorsùs aberrantem. Ac quidèm cum Verbum Dei, quod, Apoſtolo teſte, omninò eſſe debet ſanum, ac ſalutare, multiplici „ lue, per plures ex ipſis Evangelii Præconibus reddatur infectum; meritò Sanctiſs. D. N. decrevit contagionem univerſo „ Gregi, tàm exitioſam, longèque patentem, omni Apoſtolicę „ authoritatis conatu, prorsùs exſcindere; Nàm quæ peſtis eſſe, „ aùt excogitari violentior ea poteſt, quæ cibos ipſos, ad vitæ „ præſidium inſtitutos, ipſaſque medicinas pro morbis depellendis inventas, in mortis inſtrumenta, & præſentiſſima venena converteret? Verbum profectò Dei panis eſt ille vitæ, „ & intellectus, quo cibari, & aqua ſimùl ſalutaris, qua potari „ fidelium Animas ab ipſis Religionis Chriſtianæ incunabulis, „ Redemptor Noſter edocuit. At verò ſi ſal, quod pro Dei „ verbo à Sanctis accipitur, per futiles Conciones evanuerit, „ in quo putreſcentia mortalium vitia condientur? Quinimò „ ſi ſal idem, quod Prædicatores apertè ſignificat, per eloquentiam planè ſtultam, infatuatum fuerit, reverà non ultra valebit, niſi ut conculcetur, & utinàm jam non conculcaretur „ ab hominibus. Quæ enim miniſterio, tàm ſacro, majeſtas, qui

Digitized by Google

„ decor, quæ Sanctitas, quæ utilitas ineſt, quandò plurimi, ut
„ Paulus clamat, verbum Dei adulterantes, aùt jocis, tanquàm
„ hiſtriones, aùt converſi ad fabulas, uti Poetæ, Auditores ſi-
„ bi prurientes auribus, coacervant, aut inanis facundiæ leno-
„ cinio, & calamiſtrato, ac meretricio planè ſtylo, prædicatio-
„ nem fœdè corrumpunt? Mandat ergò Sanctitas Sua, zelo ve-
„ rè Apoſtolico accenſa, ut omnes Primates, Archiepiſcopi,
„ Epiſcopi, ceterarumque Eccleſiarum Præſides, quorum præ-
„ cipuum munus eſt, verbum Dei adminiſtrare, Gregemque
„ paſcere, tantis corruptelis occurrant, eaſque Concionatori-
„ bus opportunè ob oculos ponant, & fugiant à facie tot pe-
„ ſtium potiùs, quàm colubrorum. Et præſertim univerſi in-
„ telligant, quod per Hieremiam Deus illis indixit: Propheta,
„ qui habet Sermonem meum, loquatur ſermonem meum ve-
„ rè; quid palea ad triticum, numquid verba mea nõ ſunt ignis,
„ dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petras? Videlicèt
„ oportere, Conciones non paleis refertas eſſe ad vanitatem,
„ ſed igne veritatis ſuccenſas. Porrò ſciant, non levem eſſe
„ culpam, ſed grande piaculum, graviſſimaque pœna mulctan-
„ dum, ubi per ſcurrilitatem Verbum Dei, velut in ſcenam
„ adducunt, atque Auditoribus deridendum, traduxerint. Præ-
„ tereà, neque per quæſtiones curioſas, ac paradoxa vana,
„ ità ſuprà captum Populorum aſſurgant, ut verè querantur:
„ Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis: ſimi-
„ litèr, neque per illecebras inanium verborum res, non mi-
„ nus vanas obtrudant, & per oſtentationem memoriæ, atque
„ pronunciationis præcipitantiam, quaſi præſtigiis Auditorum
„ animos, aureſque ludificent. Quamobrèm Antiſtites, per
„ ſe, ſi tempus vacaverit, tùm in Cathedralibus, tùm in aliis
„ Eccleſiis, ſeriò animadvertant, & in Diœceſi Vicariis fora-
„ neis, aliiſque Miniſtris, probiſque Viris, à quibus ea ſuper re,
„ relationes exigant, vigilantiam demandent. Ac ſi Concio-
„ natores normam hujuſmodi tranſgreſſos, compererint, eos à
„ prædicationis munere ad tempus beneviſum ſuſpendant,
„ aliavè ratione pro modo culpæ plectere curent, ſubrogando
„ interim alios, qui ſalutari modo Populo oſtendant vitia,

„ quæ

Digitized by Google

„ quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, ut pœ-
„ nam æternam evadere, & cœlestem gloriam valeant conse-
„ qui. Eminentia igitùr Vestra, in Civitate, ac Diœcesi ejus
„ curæ credita, Sanctiss. D. N. jussibus, proprioque muneri satis-
„ facere, non gravabitur, idemque suis suffraganeis, vel qui
„ Synodo Provinciali interesse consueverunt, significare. Et
„ E. V. manus humillimè deosculor. Romæ 6. Iulii 1680.

Humillimus, & Addictissimus Servus
F. Cardinalis Columna.
S. Archiep. Brancatius Episc. Viterbien. Secr.

De Blasphemiis, Superstitionibus, atque Magicis Artibus.

CAPVT IV.

1. BLasphemi, qui temerè os in Cœlum ponere contendunt, scelestoque ausu Sacrosanctum Dei, Christi Domini, Beatissimæ Virginis, atque Sanctorum nomen statuũt in signum, in quod contradicant; Sortilegi, pravisque Superstitionibus addicti ancipitem Dei vindicis gladium impios trãsverberantem reformident, dùm relicta Arca Domini ad Dagon convertuntur, spretoque cœlestis gratiæ thesauro, quem *nec ærugo, nec tinea demolitur*, fallaces per mammonã iniquitatis, Punica non minùs arte, quàm nomine, mendacem, divitias effossis loculis quærunt; quin etiàm eò dementiæ deveniunt, ut nefario præstigiarum usu occultos, futurosque rerum eventus soli Deo cognitos scrutari, atque nequissimi odii, vel impuri amoris faces in tartareo gehennæ igne accendere non exhorrescunt, ad quæ detestabilia scelera arcenda, sequentia decreta extare volumus. *Psalm. 72. v. 9.* *Matth. cap. 6. v. 2* *Luca cap. 16. v. 9.*

2. Parentes, & Domini filiis, servis, aliisque sibi subiectis blasphemantibus ponant præ oculis horrendam criminis deformitatem, eosque acri abiurgatione corripiant, suam indignationem, & divinam vindictam comminando, nè imposterùm relabantur. 2. *Ad Can. non putes 23. q. 5. Can. error dist. 83. Syn. Prov. Neapol. cap. 9.*

3 Om-

Digitized by Google

3. Omnes ſcientes, quemquam in blaſphemiam hæreticalem prorupiſſe, tenentur cum denunciare, juxtà Sacros Canones, & Apoſtolicas Conſtitutiones.

4. Caveant omnes Sacræ Scripturæ verbis abuti contrà præſcriptum Sacri Concilii Tridentini, convertentes verba ejuſdem Sacræ Scripturæ ad ſcurrilia, fabuloſa, vana, adulationes, detractationes, ſuperſtitiones, & alia hujuſmodi, alioquin ſic abutentes, uti Verbi Dei violatores Iuris, & arbitrariis pœnis ſentiant ſe rigoroſiùs coercendos.

5. Parochi in hoc vitium ſæpiùs invehantur in exhortationibus, ſuiſque Sermonibus ad Populum, & ex profeſſo ſaltèm ſemèl in menſe, curantes omni ſtudio, ut funditùs eradicetur, & hoc ipſum Concionatoribus injungimus.

6. Confeſſariis adempta ſit facultas abſolvendi blaſphemantes Deum, vel Beatam Virginem ex perverſa conſuetudine coram pluribus ſuprà quatuor: quam facultatem Nobis reſervamus, eaque conceſſa ad gravem adigendos eſſe pœnitentiam ſtrictè mandamus.

7. In excommunicationem ipſo iure, Nobiſque reſervatam incidere decernimus omnes perſonas, quæ vel per ſe, vel per alium de Sanctiſſimo Altaris Sacramento, Chriſmate, Oleo Sãcto, ſivè quacumque alia re conſecrata ad veneficia, divinationes, ſortilegia, aùt ad alium uſum, quàm fuerint ordinata, quomodolibet abutantur, eoſque etiam, qui de prædictis ad prædictos fines aliquid alicui dederint, aùt datum acceperint, etiàm abuſu minimè ſubſecuto.

8. Eandem pœnam incurrere declaramus omnes utriuſque ſexus perſonas, quæ dæmoni ſpondent obſequium, thus, & ſacrificia offerunt, quamvis abſque errore intellectus, ac inſuper perſonas quaſcumque, ſivè ſuo, ſivè alterius nomine condentes, aut condere facientes imagines, anulos, aùt quodvis aliud artefactum, in quo dæmonem conſtringant.

9. Venefici, & Veneficæ omnes, Necromantes, Divinatores, Sortilegi, Lamiæ, Striges, ſivè quovis alio nomine nuncupentur ex utroque ſexu cum expreſſa dæmonis invocatione ad captandam dilectionem, vel odium concitandum, ſivè ad inve-

nien-

4. *Trid. ſeſſ. 4. de edit. & uſu libror. in fine. Syn. Prov. Neapol. cap. 2.*

6. *Cap. ſtatuimus 2. de Maledicis. Syn. Prov. Neapol. cap. 9. & 17. Ex Conc. Lateran. ſub Leone X. ſeſſ. 9. & Syn. Card. Alf. Caraffæ, p. 195. & 3. Syn. Card. Caracc. 1676. & ex Edictis Card. Pauli de Aretio, Anib. de Capua Card. Decii Caraffæ. de Caſ. Reſerv.*

7. *Syn. Prov. Neapol. cap. 17. Syn. Card. A. Caraf. p. 194. 1. Synod. Card. de Aquav. 1607. & 1. & 3. Card. Caracc. 1669. & 1676. de caſ. reſer. & ex Edictis ſup. cit.*

8. *Ioan. XXII. Conſtit. 13. Supra. Syn. Cardin. de Aquav. & Caracc. ubi ſup. & ex Edicto Card. Dec. Caraffæ cit. tit.*

9. *Conc. Carthag. 4. cap. 89. Can. ſi quis cum ſeqq. 26. q. 5. Con. Rom. 1. ſub Gregor. 11. cap. 12. & IV. ſub Damaſo. C. 4. Innoc. VIII. Conſtitut. 1. Summis. Siſtus V. Conſt. mox citan.*

Digitized by Google

niendos thesauros, aùt ad alium finem utentes incantationibus, aliisque maleficiis, sivè etiàm ligaturis à naturali, & legitimo matrimonii usu Conjuges avertentes, aùt, scientèr, in præfatis cooperantes, aùt quovis modo consentientes, excommunicationi ipso facto subjaceant Nobis tantummodò reservatæ. *Syn. Prov. Neapol. l. sup. cit. Syn. aqua viv. & Carac. & Edict. Card. de Aretio, & D. Caraf. ll. cc.* 10.

10. Sunt etiàm denunciandi Astrologiæ judiciariæ, Necromantiæ, & Artis magicæ Professores, aùt studiosi, sivè quovis modo se in iis exercentes, in terminis Constitutionis Sixti V. & quicumque vanam artem Caballisticam exercèt; & Parochi sedulò inquirant, an quis in propriis Paroeciis degat Sortilegus, vel aliquis ex supradictis, ut Nobis referant. *Can. Illos planetarios 26. q. 2. Sixtus V. Const. 17. Cœli, & terræ: & Vrb. VIII. Const. 113. Inscrutabili. Clemens VIII. Const. 20.* Cum Hebræorum. 11.

11. Præcipitur ipsis Parochis, ut sæpè in dictis Sermonibus, & exhortationibus ad Populum moneant subditos suos, nè signa, imagines, anulos, schedulas variis precibus signatas, vel ut vocant, Brevia Characteribus, aùt nominibus incognitis, sivè impressa, sivè manuscripta deferant. *Can. Nec mirum 26. q. 5. §. ad hæc omnia.* 12.

12. Omnem usum medicinæ, in quo adhibentur signa cum nominibus incognitis, sivè precibus, verbisque, quàmvis Sacris, adjunctis etiam Crucis Signis, omnemque medèdi usum, qui non sit naturalis, & ex sua innata virtute vim ferendæ salutis non habeat, districtè prohibemus, declarantes omnia hujus generis superstitiosa, ac proindè unumquemque teneri ad eos denunciandos, qui hæc exercent, ac docent, præcipientes etiàm Confessariis, ut in hoc summo studio pervigilent. *Can. illud, §. ad hoc genus 26. q. 2. Can. admoneant, 26. q. 7. S. August. lib. 2. de Doctr. Christ. cap. 19. 20. & 21.*

De Editione, atque usu Librorum.

CAPVT V.

1. QVI in vetitam damnatorum librorum lectionem, & retentionem nituntur, animos Protoplastæ luto inquinatos præseferunt, nàm posthabitis Sanctorum Patrum, gravissimorumq; Authorum inæstimabilis pretii Codicibus, nempè Cedris Libani, & speciosis Christianæ Palladis Olivis, quæ Reipublicæ Literariæ Lyceum cumulatissimè exornant ex Oleastris, & damnatis ad comburendum arboribus, in quibus versutissima inimici Serpentis vafrities scientiam boni, & ma-

Digitized by Google

& mali fingit, marcidos exoletorum scriptorum flores horum candorem corrumpentes legere, atque poma hæreticæ pravitatis veneno illita carpere, & deglutire festinant; Hinc est, quod littera occidit, spiritu autèm, qui vivificat, ausugiente, hujusmodi homines tanquàm emortua Ecclesiæ membra in interitum Satanæ traduntur. Nos igitùr pro injuncti officii partibus Vineam Domini horum Decretorum sepe circumdare statuimus.

2. ad Corinth. cap. 3. v. 6.

2.

2. Nullus librum aliquem, sivè quæcumque folia, ubi Cõclusiones, Historiolæ, Carmina etiàm Sacra, Oratiunculæ, & similia quovis nomine nuncupentur, & multò magis ubi Indulgentiæ, revelationes, miracula, & preces continentur in hac Civitate, vel Diœcesi imprimere præsumat, nisi præmisso nostro, nostrorumque Deputatorum examine, & nisi mox facta à Nobis, vel nostro Vicario Generali facultate, juxtà Instructionem in calce apponendam, minùsque liceat eosdem libros publicare, vel vendere, nisi omnia cum primo exemplari, quod manu Revisoris debebit esse subscriptum, conferantur, & à Nobis, vel à Nostro Vicario Generali publicandi, vendendique potestas fiat: nec aliquem librum, aùt scripturas, sivè hìc, sivè alibi impressos reimprimere, minùsque aliquid ementito Prælo Typis tradere audeat: Qui verò præsenti Decreto in aliquo contravenerit ultrà ceteras Sacrorum Canonum pœnas sit ipso facto excommunicatus. Quod autèm attinet ad libros, sivè folia, in quibus continentur gesta, revelationes, sivè miracula eorum, qui cum sanctitatis opinione decesserunt, serventur ea, quæ de Sanctorum veneratione decernemus: Et hic moniti sint ii, quibus committitur revisio librorum imprimendorum, quod circà vitas dictorum defunctorum cum opinione sanctitatis, sedulò observent decreta emanata jussu Vrbani VIII.

Leo X. In Concil. Later. sess. 10. & Cõst. 12. Inter solicitudines. Trident. sess. 4. de edit. & usu libr. Regula 10. Indic. lib. Prohib. Synod. Prov. Neap. cap. 2. 2. Syn. Cardin. Philam. 1644 d. 1. & 4. Card. Caracc. 1680. d. 3. hoc tit. Et iuxtà Edictum SS. D. N. Innoc. XII. dum esset Archiep. Neap. sub die 16. Jan. 1690.

Iuxtà Decreta S. Congr. Gen. Inquisit. coràm Vrbano VIII. Sanctissimus const. 37. 13. Mar. 1625. & 5. Iul. 1631. & eiusd. Vrb. Const. Cœlestis Hierusalem. 22. alias 132. In append. nec non iuxtà lit. circ. de mand. Alexandri VII. 13. Apr. 1658.

3.

3. Hæreticorum scripta, libros, aùt quęcumque eorum opera propter hæresim, vel suspicionem falsi dogmatis damnata, seù de Religione tractantia, seù quovis modo hęreses fovent ia, legentes, retinentes, Typis mandantes, aùt quomodolibèt defendentes, ligantur excommunicatione Summo Pontifici reservata.

Ex Bulla in Cœna Domini Can. 1. Pius IV. Const. 76. Cum pro munere

4. Libros,

Digitized by Google

4. Libros, in quibus hæreſes nullæ, nihil de Religione, ex alia tamèn cauſa vetitos, ſi quis legere, aùt retinere præſumpſerit, ultrà læthalem culpam, qua ſe obſtringet, arbitrio noſtro gravitèr punietur.

4. *Ex Regulæ x. Indic. cit. Pius IV. Coſt. 85. aliàs* 109. Romanum.

5. Tenentur Bibliopolæ, & Typographi in ſua quiſque Bibliotheca, & Typographia Indicem librorum prohibitorum nupèr editum retinere.

5. *ſuxtà Inſtruct. Clem. VIII. ad Indic. libr. tit. de impreſs. lib.* §. *Typographi.*

6. Præfecti, omneſque, & ſinguli alii Adminiſtri Vectigalium, & Doganæ quocumque nomine nuncupentur, nullos libros, quamvis per tranſitum delatos, è Teloniis, ſeù, ut vulgò dicitur, *Dogana*, *e gabella*, extrahi patiantur, niſi facta à Nobis, vel à noſtro Deputato facultate, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ Nobis reſervatæ, qua pœna irretitos eſſe volumus etiàm Adminiſtros Portarum, ſi ab eorum officinis extrahi ſinant libros cujuſcumque generis, abſque prædicta noſtra, ſeù noſtri Deputati facultate.

6. *Ex cit. Reg. x. Indic. & Edicto SS. D. N. Innoc. XII. de quo ſup.* 2. *Syn. Card. Phil.* 1644. *hoc tit. d.* 2. *et ciuſd.* 7. *Syn. an.* 1662. *d.* 4. *& ex Edicto cit. SS. D.*

7. Introducentes, vel introduci curantes in hanc Civitatem, & Diœceſim libros quoſcumque ſine dicta facultate noſtra, vel noſtri Deputati, ut etiàm extrahentes, vel extrahi curantes, eidem pœnæ excommunicationis ipſo facto incurrendæ ſubjaceant.

7. *Ex cit. Reg. x. Syn. Prov. Neap. cap.* 2. *&* 2. *&* 7. *Synod. Card. Philam. loc. cit. Edict. cit. SS. Dom.*

8. Prohibemus omninò edi ullas Litanias, niſi conſuetas Sanctorum, quæ ſunt in Miſſali, & Breviario Romano, quales etiàm ſunt Beatæ Mariæ Lauretanæ, juxtà Conſtitutionem Clementis VIII.

8. *Clem. VIII. Conſtit.* 122. Sanctiſſimus.

9. Meminerint omnes adamuſsim obſervare Regulas Indicis, in quarum nona ſpecialitèr reiiciuntur libri, & ſcripta omnia de Magia, ejuſque generibus tractantia, arteſque divinandi, ſortilegia, & his ſimilia continentia.

9. *Regula* 9. *Indicis libr. prohib.*

10. Caveant omnes à ſcriptis de Aſtrologia judiciaria, in quibus agitur de futuris contingentibus, aùt quæ ab humana pendent voluntate, etiamſi non tanquàm certa, ſed ut probabilia proponantur, nulla ſuffragante proteſtatione; ut ſancitum eſt Conſtitutionibus Sixti V. & Vrbani VIII.

10. *Ex cit. Reg.* 9. *& obſerv. ad eam Clem. VIII. Sixtus V. Coel.* 17 Cœli, & Terræ, *& Vrbanus VIII. Conſt.* 113. Inſcrutabili.

Digitized by Google

De Sanctorum, & Dierum Festorum cultu.

CAPVT VI.

1. CVM præcipuum Religiosæ nostræ Vrbis specimen effulgeat in cultu, & veneratione Sanctorum, præsertim Deiparæ semper Virginis Mariæ, quę ex flagrantibus fidelium cordibus sinceram exigit Hyperduliam, necnòn Divi Ianuarii supremi, & nunquàm satis venerandi Patroni, aliorũque Tutelarium Numinum, quorum adiutrices manus, & præsentissimum præsidium in arcendis calamitatibus, & uberrima cœlestium benedictionum elargitione impetranda nostra Diœceſis eorum scapulis obumbrata, & scuto circumdata indesinenter agnoscit, impigro tamèn studio curandum est, nè charitas refrigescat, & nimia, prophanaque exultantis Populi hilaritate, ac parùm licitis repræsentationibus, in diebus festis celebrandis verus pietatis cultus corrumpatur, atque cum spirituali animarum detrimento, quod foris ostenditur, intùs evacuetur. Idcircò operæpretium erit, debitæ devotionis incremento, & defectibus opportunè providere.

Matth. c. 24. v. 12.

2. Initium, & extensionem dierum Festorum nullus ignoret, sed quilibet sciat, festum diem incipere à dimidio præcedentis noctis, & extendi ad dimidium subsequentis.

Cap. quoniam 2. de feriis. Cap. consuluit 24. de off. & pot. Iud. Deleg. l. more Romano, ff. de feriis.

3. Singulis Animarum Rectoribus districtè præcipimus, ut Populos sibi commissos sæpè admoneant de festis diebus ritè servandis, eos edocendo à quibus est abstinendum, scilicèt ab operibus servilibus, & in quibus debent exerceri, nempè quod spiritualia, & religiosa opera frequentent, quodque Sacrificio Missæ, & aliis divinis officiis intersint.

Can. si quis etiam, Can. omnes fideles. Can. Missas. de consec. dist. 1. Can. pronunciandum eod. tit. dist. 3. cap. 1 de feriis. Trident. sess. 25. de dieb. sest. B. Pius V. Const. 5. Cum primum, Syn. Prou. Neap. cap. 10.

4. Edoceant etiàm Parochi, quàm sit absurdum diebus ad Animarum salutem ordinatis abuti ad interitum, indulgendo Choræis, commessationibus, ebrietatibus, ludis, & spectaculis.

Can. commessationes dist. 4. Can. irreligiosa. de Consec. dist. 4. Trid. sess. 25. de invocat. & ven. SS. Syn. Prou. Neap. l. c.

5. Curent omninò tùm publicis, tùm privatis admonitionibus eum abusum divellere, quod nonnullæ personę, præsertim mulieres sub prætextu, aùt honestatis, aùt convenientiæ, aùt consuetudinis negligunt diebus festis ad Ecclesias, & Missam

Syn. Prou. Neap. loc. cit.

Digitized by Google

sam audiendam accedere, quos prętextus, & corruptelas damnent etiàm Concionatores, omnique studio submovere nitantur Confessarii gravi injuncta pœnitentia pro transgressione, nedùm trāsgressoribus, sed etiàm quomodolibet cooperātibus.

4. Diœces. Cardin. Caracc. 1680. d. 1. hoc tit. Ex 3. Conc. Prov. Med. S. Caroli hoc. tit.

6. Vicarii foranei non facilè concedant facultatem exercendi servilia in prędictis diebus absque probata necessitate, quinimmò invigilent pro observantia.

6. Iuxtà Const. Vrban. VIII. in append. 52. alias 162 Vniversa, §. ut verò, & ex cap. licet. de feriis.

7. Contractus per eos dies non celebrentur, actaque judicialia sunt interdicta.

7. C. nullus 15. q. 4. explacita. c. nullus Ep. c. conqueßus. de feriis. B. Pius V. Cōst. cit. Syn. Prov. Neap. l. c.

8. Circulatores, aliique utriusque sexus Histriones non audeant diebus festis antè Vesperas, nèc unquam tempore Quadragesimali, propè Ecclesias publica exhibere spectacula sub quavis occasione, aùt prętextu, nèc conventicula cogere, sua scamna conscendere, sive quoquo modo publicè nugari sub pœna excommunicationis à Nobis infligenda.

8. cit. Can. irreligioſæ de consec. dist. 3. 1. Syn. Cardin. de Aquav. ann. 1607. d. 4. 2. Card. Carac. 1672. de circ. lat. d. 1. & 2.

9. Sacras quascumque historias, sivè utcumque Sanctorū actiones in scena, sivè in Processionibus, aliovè quomodolibèt etiàm in locis prophanis, nisi à nostris Deputatis examine prę-cedenti revisas, & in omnibus approbatas, ac nisi nostra, vèl nostri Vicarii Generalis licentia in scriptis accesserit sub excommunicationis pœna repręsentari prohibemus, quinimmò publicos Histriones, & Comœdos ab eis indesinenter arceri jubemus.

9. Syn. Prov. Neapol. c. 8. 3. Syn. Diœc. Car. Dec. Caraf. a. 1623. d. 2. & 1. & 2. Card. Carac. an. 1669. & 1672. tit. de Sac. repræsent. Ex 1. Conc. Prov. Med. sub S. Car. tit. de action. & repræsent.

10. Inter Sanctorum Personas, quę in his repręsentationibus exprimuntur, eorumque colloquia, nullatenùs misceantur Scurrę, aliique hujus generis vaniloqui, àquorum jocosis dicteriis, & scurrilitatibus ad risum provocantur circumstantes, posthabita ratione decentię, & venerationis, sub eadem pœna excommunicationis.

10 Syn. Prov. Neapol. & 2. Syn. Card. Caracc. ll. cc. necnon 4. Syn. eiusd. Caracc. ann. 1680. eod. tit.

De Ieiunio.

CAPVT VII.

1. IEjunii observantiam Christus Dominus institutione, & exemplo consecrare dignatus est, priusquàm in Montis fastigium assumptus insidias diaboli omnia Regna Mū-

Matthæ. 4. v. 8.

Digitized by Google

di ſubdolè exhibentis theandricę operationis potentia rejecit, ut indè Mortales ediſcerent, per jejunium omni armatura fortiùs inteſtinum nequiſſimi hoſtis bellum reſellere, atque Mundi, carniſque illecebras viriliter compeſcere. Quapropter Prę-
Luc.cap.1.v.15. *Marc.cap.1.v.4.* curſor Domini Baptiſta à vino, & ſicera abſtinens, Baptiſmum Pœnitentię prędicare valuit, Patreſque Ægyptii aſceticę, ac ferè cęleſtis vitę formam nonniſi jugis jejunii virtute aſſequi potuiſſent. Porrò qui humanę imbecillitatis obtentu evadere ſtudent Sanctę Matris Eccleſię præcepta, quę tùm ab eſcis, tùm à vitiis abſtinentiam præſcribunt, hiſce monitis inſtrui fas eſt.

2. *Can. denique d.4. c.ſtatuimus diſt.72 c.ſolent. de conſec. diſt.1. Can.pronũciandum diſt. 3. eod.tit.6.Syn.Conſtantinop.Can.56. Syn.Prov.Neapol. cap.11.*

2. Singulis Dominicis diebus Parochi, ceterique Animarum Rectores enunciabunt Populo quamcumque proximę ſequentis hebdomadæ diem jejunii præcepto addictam, ac edocebunt tùm ſpecies ciborum, à quibus abſtinendum eſt, tùm horam comeſtionis meridianam, quæ ætas, quique labores à dicto præcepto jejunii excuſent, nè eorum erroneo prætextu quiſquam decipiatur.

3. *Can. quid prodeſt diſt.86.c.ieiunium ca. nihil enim, de conſ c.diſt.5.Trid ſeſſ. 25. de deſect. cib. & ieiun. Ex act.Eccl.Med. S. Car.4.p.in Inſtru. Prædic.*

3. Iidem Parochi ſæpè moneant Populos, jejunii virtutem in eo ſitam eſſe, ut dùm macerata carne ab alimentis abſtinetur, comparata iuſtitia ieiunetur à culpa. Concionatores etiàm, proùt ipſi Parochi, jejunium maximè à Sanctis Patribus, & ab ipſo Chriſto Domino commendatum eſſe, ejuſque merita, ſedulò edoceant, & in tàm ſanctæ legis violatores ſevera objurgatione proclament.

4. *Can. Quadrageſima, Can. Ieiunia. de conſec.diſt.5.*

4. Nullus cauſa infirmitatis à jejunii quadrageſimalis præcepto eximatur, niſi cauſam ipſam legitimam eſſe docuerit cum Medici teſtimonio, atque alterius ex Deputatis à Nobis, qui Edicto nominari ſolent, approbatione.

5. *Syn.Prov. Neapol. cap. 11. cit. & 2. Card.Caracc.ann. 1672.hoc tit.*

5. Medici autèm non tàm facilè concedant literas teſtimoniales de impedimentis eximentibus ab abſtinentia carnis, & aliorum ciborum vetitorum in quadrageſima, ſed tantùm concedant iis, qui vera neceſſitate premuntur; ceteraque in illis concedendis obſervent, quæ in Edicto quotannis publicari ſolito, præſcribuntur.

6. *Ad formam Edict. quotannis promulgari conſueti in Dom.Quinquag.*

6. Omnes autèm, & ſingulos jejuniorum diſpenſatores monemus in Domino, ut æquè vultum Pauperis conſiderent, ac Po-

Digitized by Google

Potentis, utque recordentur in rebus sub gravi culpa præceptis non facilè sua quærentibus credendum esse, Nosque in his omnibus eorum conscientiam oneramus.

7. Cibos in quadragesima vetitos nemini liceat vel sibi parare, vel aliis vendere, nisi cum licentia non alitèr concedenda, quàm gratis, & juxtà formam præfati Edicti, tùm à nostris Prædecessoribus, tùm à Nobis promulgari consueti. 7. *Ex Edicto Cardin. Pauli de Aretio Archiep. de cas. reserv. cas. 13. & consuet. ut sup.*

8. Neque Tabernarii, neque alii quicumque Hospitium exercentes ulli parare audeant carnes, aliosque cibos vetitos, vel permittere illorum esum in suis Tabernis, Hospitiis, vel Domibus tempore quadragesimali, nisi ipsis constiterit de legitima licentia, ut in eodem Edicto præscribitur, ejusque forma servata. 8. *Ex Edict. cit.*

De Reliquiis, & Miraculis Sanctorum.

CAPVT VIII.

1. QVamvis tot Regum cineres unà cum magnificis, solidisque monumenris edaci ætatis dente attritis, in nativum tandèm lutum conversi indiscretam hominum naturam fateantur, Divina tamèn Providentia, quæ humilia respicit, nèc sinit Sanctum suum videre corruptionem, Sacras Sanctorum Exuvias velùt aurum in igne probatum; immanibus Tyrannorum, tortorumque tormentis decurrentium seculorum edacitati, variisque labefactati Terrarum Orbis ruinis superstites servavit; Et ut Sacrosancta Catholica Fides, licèt rerum non apparentium argumentum, Fidelium animos evidentibus quoque argumentis devinceret, in pretiosis Sanctorum Cineribus odorem suavitatis redolentibus, in aridis Ossibus salutarem Mannæ rorem elicientibus, atque in ebulliente plurimorum Martyrum sanguine, de quo nostra Vrbs summoperè gloriatur, miris modis patrata, & perennia intuentium admirationi Miracula exposuit. Verùm, ut miraculorum, & Reliquiarum Thesaurus Hierosolymitani Templi Gazophilacio moltò præstantior, auro obrizo, verisque tantùm gemmis diteścat, sequentem praxim præscribendam esse duximus. *Psalm. 15. v. 10.* *Ad Hebr. c. 11. v. 1.* *2. Conc. Nicen. gener. 7. act. 3. Conc. Constantiense sess. ult. in Const. Martini V.*

2. Sa-

2. S. Greg. l. 12. ep. 31 in resp. 9. ad Augustin. Cöc. Lateran. sub Innoc. III. c. 62. c. 1. & 2. de reliq & vener. Trid. sess. 25. de Reliqu. &c. Sixtus V. Cöst. 88. Dominus. Synod. Prov. Neapol. cap. 6. & 2. Synod. Cardin. de Aquav. ann. 1611. d. 4. 4. Card. Philam. a. 1649. d. 13. 1. Cardin. Caracc. 1669. d. 1. hoc tit.

2. Sacras Reliquias publicæ venerationi exponi prohibemus, etiàm tanquàm Sedis Apostolicæ Delegati, nisi quas nostra, vel nostrorum Antecessorum approbatio, vel vetustissima æstimatio commendaverit, earumque nomina in Tabellam cuiuslibet oculis in conspicua Templi parte appendendam redigi mandamus.

3. Ad Trident. loc. c.

3. Recognitio, & approbatio Reliquiarum fiat omninò gratis, ut hactenùs in nostro Tribunali observatur.

4. Innoc. III. in Cöc. Lateran. l. c. & relat. in cap. fin. de reliq. & vener. SS. 4. Conc. Prov. Mediol. S. Carol. p. 1. hoc tit.

4. Sacræ ipsæ Reliquiæ in Thecis argenteis, aùt honorificè ornatis clausæ, & sigillo ejus, qui recognoverit, perpetuò muniantur; quique eas vasis minùs decentibus inclusas habent, ideſt Thecis, quæ saltèm ex ligno inaurato, christallo munitis non sint, curent Reliquiaria decentèr confici.

5. Ex 1. et 4. Concil. Prov. Med. loc. cit.

5. Vascula, seù Thecæ Reliquiarum conserventur in Repositoriis, seù Armariis decentèr ornatis in ipso Templo, vel in Sacristia loco fixo, & ad eam rem destinato, nèc humidioribus auris obnoxio, cum hac Epigraphe, RELIQVIÆ SANCTORVM, quæ Armaria clave apud Ecclesiæ Præfectum custodienda muniantur.

6. Can. non licet. 31. dist. 23. ubi Glosia, verbo, portare. 4 Conc. Med. l. cit.

6. Nunquàm exponantur, nisi cereis facibus circumardentibus, & dùm ad Altaria deportantur, vel deponuntur, associentur paritèr cereis facibus accensis, nèc deportentur, nisi per Sacerdotem superpelliceo, & Stola indutum, à quo post expositionem recitabitur Antiphona, Versus, & Oratio congruens.

7. Trid. sess. 25. tit. 8.

7. Interdicimus autèm Sacrarum Reliquiarum expositionem ex lucri cupiditate, nèc quidquam expositionis causa accipiatur.

8. Iuxtà Decretum S. Rit. Congreg. de mand. Alexandri VII. 27. Septemb. 1659.

8. Prohibemus exponi publicæ venerationi, multòque magis deferri in Processionibus, absque speciali indulto Sedis Apostolicæ, Beatorum Reliquias, qui Sanctorum numero non sunt adscripti.

9. Trid. l. cit. Vrban. VIII. Constit. 37. Sanctissimus.

9. Si quid miraculosi per Reliquias Sanctorum evenerit, abstineant Parochi, aliique Ecclesiarũ Rectores à publicatione, sed ad Nos, vel nostrum Vicarium Generalem deferant, qui factum idoneis testibus comprobatum in publica documenta re-

fe

Digitized by Google

ferendum curabimus: idque etiàm ſervari volumus, ſi quid miraculoſum contigerit tùm circà Corpora, & Imagines Servorũ Dei, qui ab Eccleſia non ſunt adhùc declarati Sancti, vel Beati, tùm circà Imagines ſacras, apud quas, ſi Parochi videant Populi concurſum fieri, ſtatìm ad Nos, vel Vicarium noſtrum Generalem notitiam deferant.

Et iuxtà Decret. S.R.C. de mandat. eiuſd. Vrb. VIII. ſub die 12. Mart. 1631. & lit. circ. ead. die, quod Decretum confirmatum fuit ab Innoc. XI. an. 1678. alio Dec. S. Congr. Conc. 4. Mogũtin. ſub Paulo III. cap. 42. de Imag. abuſ. et 4. Prov. S. Caroli l. c.

10. Nullus Sacras Eccleſiæ Reliquias, vel earum particulas donare, ſeù auferre præſumat ſub pœna ipſo facto excommunicationis Nobis reſervatæ.

11. Laici nullo modo Sacras Reliquias tangere audeant.

12. In qua Eccleſia aſſervantur Sacræ Reliquiæ, congruum eſt, celebrari diem feſtum illius Sancti reſpectivè, iuxtà Decreta S. Rituum Congregationis ſolemni Sacrificio Miſſę, & Officio duplici, ſi inſignes fuerint, ſunt autèm inſignes Caput, Brachium, Crus, aùt illa pars, in qua paſſus eſt Martyr, modò ſit integra, nec parva, ac legitimè approbata, atque Reliquia ſit Sancti in Martyrologio Romano cum nova additione impreſſo deſcripti. De ceteris verò Sanctis non deſcriptis in Martyrologio ſervetur Decretum dictæ Sacrę Congregationis ab Vrbano VIII. approbatum, & in Breviario de eius ordine editum.

10 *S. Greg. Papa l. 3. ep. 30. Innoc. III. in cap. 2. de reliq. et ven. ſt. Can. corpora 21. de conſecr. diſt. 1. Ad Extrav. Ambitioſæ de reb. Eccl. non alien.*

11 *S. Greg. l. c. et rel. in 4. Conc. Prov. Mediol. l. c.*

13. Nulla fiat translatio publica Reliquiarum ſine noſtra licentia, & tùnc niſi cum numero congruo Sacerdotum à Nobis præſcribendo.

12 *S. R. C. in Calaguritan. 1. Sept. 1611 Vrb. Theatin. 3. Iun. 1617. Conchen. 12. Mart. 1618. et Dec. gen. 8. Apr. 1628. et habentur in Brev. Rom. de mandato Vrbani VIII.*

14. Qua pietate, qua reverentia colendi ſunt Sancti, quorum Reliquiæ habentur in ipſa Eccleſia, & de virtute, & meritis apud Deum Parochi, & Concionatores ſæpè moneant Populos.

15. Enixè hortamur in Domino, ut antè Sanctorum Corpora, & inſigniores Reliquias lampas ardeat.

16. Reliquiarum legitimo monumento probatarum Catalogum in Archivio noſtro reponendum ſinguli Parochi, ceterique Eccleſiarum Præfecti, ac etiàm Regulares, & exempti ad Nos tranſmittant intrà ſpatium trium menſium à Synodi publicatione, ut curam Nobis, etiàm utì Sedis Apoſtolicę Delegato, à Sacro Concilio Tridentino commiſſam, expleamus.

13 *Can. corpora 21. de conſ. diſt. 1. Concil. Moguntin. 1. c. 51. 4. Conc. Prov. Mediol. S. Car. l. c.*

14 *S. Greg. l. 8. ex reg. ep. 62. Cœc. Nicen. 2. act. 3. prop. fin.*

De

Conc. Conſtan. ſub Martino V. ſeſſ. ult. Greg. XIII. Conſt. 33. Sanctiſſimus. Syn. Prov. Neap. cap. 5.
15. 4. Conc. Prov. S. Caroli l. c. 16 Ex Trident. ſeſſ. 25. cit. tit. 4. Concil. Provincial. S. Caroli loc. cit. §. Quia omni.

Digitized by Google

CAPVT IX.

1. QVandoquidèm Redemptor noſter ſuam in Cruce exaltationem, in qua vetus mortis Chirographum deletum fuit ab imagine ſerpentis æneiin deſerto exaltati prefiguratam eſſe voluit, cumque gravium Authorum teſtimonio, atque approbatione Oecumenici Concilii Niceni ſecundi, quod Iconoclaſtarum inſaniam, erroremque profligavit, compertum ſit, Chriſtum Dominum adhùc in terris degentem Abagaro Edeſſæ Regi ſuam Imaginem miſiſſe, ut indè corporis, animęque medelam acciperet, hiſce, aliiſque exemplis Chriſtiana pietas excitata in Sacris Imaginibus Divini Numinis, & Sanctorum Prototypa venerari nunquàm deſtitit. Quaproptèr, nè Domus Dei circumamicta varietatibus aliquid detrimenti contrà debitum cultum patiatur, per regulas infrà recenſendas cavendum erit.

Ad Coloſſ. c. 2. v. 14 Numer. c. 21. v. 9. Ioan. c. 3. v. 14. 2. Conc. Niceno gener. 7. Act. 3. et ſeq. et in reſp. Hadriani Pp. ad Carol. Reg. act. 5. cap. 18. S. Io: Damaſc. lib. 4. de Fid. orthodox. c. 17

Can. Perlatum, Can. Venerabiles Imagines, de conſec. diſt. 3. Trid. n. ſeſſ. 25. ubi de Sac. Imag.

2. Nemo ſivè ſecularis, ſivè Regularis audeat Imagines Sanctorum efformare, vel efformandas curare cum alio habitu, & forma, quam ab antiquo Catholica conſuevit Eccleſia, vel ſic efformatas exponere, vel tenere, nec etiàm cum habitu peculiaris alicuius Ordinis ſub pœnis contentis in Decreto Sacri Concilii Tridentini, & Conſtitutione Vrbani VIII. ac præſertìm excommùnicationis ibidèm comminatę, ad quarum executionem procedemus etiàm uti Sedis Apoſtolicæ Delegati.

Trident. ubi ſupr. Vrban. VIII. Cóſtit. 51. Sacroſancta. In 2. append. 2. Syn. Card. Philam. ann. 1644. tit. de vener. ss. et 1. Card. Caracc. hoc tit. diſt. 3.

3. Prohibemus etiàm, ut alias fuit in Synodo ſtatutum, Imagines Sanctorum, aliaque ſacra ſigna, & præſertìm vivificæ Crucis in publicis parietibus extrà Eccleſias depingere, aùt quomodolibèt efformare, quod ab imo ſoli ſaltèm quatuor palmorum altitudinem non habeat ſub pœna excommunicationis ipſo iure incurrendæ; ſique Imagines, aliaque ſacra ſigna in præfatis locis collocata antehàc fuerint, illicò deleantur.

Ex decr. S. Congr. Epiſc. et Regul. 22. Maii 1556. in Veneta. 1. Syn. Car. Carnc. 1669. hoc tit. d. 2. 3. et 4. Conc. Prov. S. Car. p. 1. hoc tit. ad text. in l. un. C. nemini licet ſignũ ſal.

4. Apud ſacras Imagines in publicis Parietibus extrà Eccleſiam poſitas prohibemus omninò ſonitus, cantuſque feſtivos, aliaſque prophanas actiones; quinimmò & coràm eis Divina Officia quomodolibèt celebrari ſub pœnis aliàs in Synodo comminatis.

6. Syn. Card. Phil. ann. 1658. d. 1. et 2. et 1. Car. Carac. 1669. hoc tit. d. 4

5 Ima-

Digitized by Google

5. Imagines eorum, qui in Sanctorum numerum non sunt relati, in Templis, Sacrariis, & Oratoriis, ac præsertim ubi Missæ Sacrificium, aùt alia Divina Officia peraguntur, inconsulta Sede Apostolica, non possunt exponi.

5. *Ex Decr. S. Cong. Vniv. Inquis. 13. Martii, & 2. Oct. 1625. & Vrban. VIII. Const. 37. Sanctissimus.*

6. Mandamus sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, Imagines Sanctorum, aùt rerum sacrarum etiàm in ramis incisas, aùt in foliis impressas nullatenùs exponi, aùt publicari, ubi novum aliquod miraculum, vel quid simile confingatur, aùt Oratiunculæ, vel quid aliud supponatur, priusquàm fuerint à Deputatis nostris recognitæ, ealque specialitèr publicari permissum fuerit.

6. *Trid. sess. 25. de invoc. SS. &c. 4. Syn. Card. Caracc. an. 1680. tit. de Typograph. d. 2.*

7. In Templis, aùt Oratoriis nullo modo permittimus Imagines, aùt Simulacra, quæ non pietatem, & religionem inspirant, & quę vultu, vestibus, gestu procacitatem, & licentiam præseferunt, quęq; è Sacra Scriptura, aùt Ecclesiasticis Historiis non sunt excerptę sub pœnis in Constitutionibus Synodalibus Prędecessorum nostrorum contentis.

7. *Trid. sess. 25. cit. Vrb. VIII. citat. Const. Sacrosăcta Syn. Provinc. Neapol. c. 6. 3. Synod. Card. Decii Caraffæ ann. 1623. d. 4. sub pœna Rectoribus, aùt Præfectis, aùt effigiantibus excommunicationis, Ecclesiis Interdicti.*

8. Defuncti quamvis cum opinione sanctitatis non depingantur cum laureolis, aùt radiis, nec ad eorum sepulchra lampades, aùt luminaria accendantur, nec votivę Tabellę appendantur, iuxtà Constitutiones Vrbani VIII. quę inviolabilitèr observentur: Votiva autèm gratiarum acceptarum quęcumque monumenta in loco secretiori cum suis descriptionibus custodienda erunt.

8. *Ex cit. dec. S. Cōg. Vn. Inqu. & Cōst. Vrb. VIII. Sanctissimus 37., nec non Cōst. Cœlestis Hierusalem 22. alias 132. in append. & iuxtà declarat. adiectam eidem Constitut. 4. Syn. Cardin. Caraccioli an. 1680. loc. sup. cit.*

9. Ad eadem sepulchra Servorum Dei nondùm titulo Beati, aùt Sancti decoratorum Parochi, aliique Superiores Ecclesiarum, etiàm Regulares, non permittant Populi concursum, si exindè specimen publici cultus resultaret; si quid autèm provisione indigebit Nobis deferant.

9. *Ex decretis præc.*

10. Votivæ Imagines cereæ, sivè argenteę perpetuò maneant appensę Altari, vel sacrę Imagini, cui fuerunt oblatę.

11. Agnos cereos pingere, seù inaurare non liceat sub pœna excommunicationis contrà pingentes, seù inaurantes, vel pingi, aùt deaurari mandantes, proùt Gregorii XIII. constitutione sancitur: Idem Agni cerei pertractandi non sunt, nisi à constituto in sacris.

11. *Gregor. XIII. Cōstit. 2. Omni certè 5. Conc. Prov. S. Caroli p. 2. de Sacramentalibus.*

Digitized by Google

PARS SECVNDA.

De Sacramentorum Administratione.

CAPVT I.

1. OVemadmodùm arida Ægypti facies à septenis Nili fluentis uberi imè fœcundatur, ità & humanum genus post lapsum primi Parentis Diaboli servituti, quæ ab Ægyptia captivitate figuratur, mancipatum, in septem salutaribus Sacramentorum Fontibus è latere Redemptoris nostri in Cruce pendentis emanantibus ablui oportuit, ut altera pars Mortalium ob mortiferam peccati luem languentium, & aridorum turbę comparāda per infusionem gratiæ sanctificantis, meliùs quàm in Probatica Piscina mortem evaderet, altera verò naturæ lapsę imbecillitate sauciata per augmentum gratię vegetiores, quàm in Natatoria Siloē vires resumeret. Porrò sicùt olim salutares illæ aquę ab Angelo movebantur, ità quoque Sacramentorum Balnea Angelicam ferè Ministrorum puritatem requirunt, infrascriptis monitis prescribendam.

Isaiæ cap. 12. v. 13.

Ioan. cap. 9. v. 7. et idem cap. 5. v. 4.

2. *Can. Ipsi, C. necesse, C. neque. C. Per Esaiam 1. q. 1. Rituale Rom. in rubr. de Sacram. admin.*

2. Parochi, aliique Sacerdotes, ad quos pertinet hęc pretiosa Sacramentorum dona ministrare, caveāt, nè manus ad ea admoveant mortali reatui obnoxii, suamque priùs conscientiam emundent, nè mortiferis sordibus inquinati, dùm aliorum consulunt saluti, propriam negligant, imò studeant vita, moribusque se reddere irreprehensibiles, ut omni fermè temporis momento ea, qua decet animi puritate, ac veneratione ad tantę administrationis munus parati inveniantur.

3. *Can. Nolite d. 11. C. tribus gradibus de consec. d. 2. C. nunquid d. 5. eod. tit. Innoc. I. ep. 1. in princ. Gelasius Ep. ep. 9. Trid. sess 7. can. 11. et 13. de Sacram. Paul. V. Constit. 85. Apostolicæ. Syn. Provinc. Neap. c. 12.*

3. Illa præcipuè exactè calleant, quę ad Sacramentorum essentiam, & ipsorum Rituum observantiam pertinent, ac in illorum administratione utantur solemnitatibus, & cęremoniis à Rituali Romano præscriptis, quibus nihil addere, vel detrahere præsumant, multòque minùs immutare verba, quę ad ipsam substantiam Sacramenti spectant, sed illa omni animi atten-

Digitized by Google

attentione distinctè, & devotè pronunciabunt, id semper sibi agere proponentes, quod Christus Dominus noster instituit, & sancta intendit Ecclesia.

4. Ipsum propterea Rituale jussu sa:mem:Pauli V. editum semper præ oculis habentes, ex eodem attentè omnia exequãtur, nè titubantèr in tantæ maiestatis Mysteriis quidquam agant, ac ideò in unaquaque Parochiali Ecclesia illud adesse præcipimus. 4. *Ad Can. quando Presbyteri dist.38 Rit.Rom.loc.cit. 1.Syn.Card.Decii Carafæ an. 1619. d.2.et 5.Car.Philam.d.13.*

5. Quivis Minister sciat quæ attinent ad Sacramentorum materiam, formam, & intentionem, & qui talem neglexerit scientiam, ultrà conscientiæ gravamen, erit à Nobis acritèr corripiendus. 5. *Cap.licet de Elect. in 6.*

6. Vt Sacramentorum cultus, ac devotio in animis suscipientium excitetur, Parochi sepè inter Missarum solemnia, & dùm Christianam Doctrinam edocent, illorum dignitatem, institutionem, usum, & salùtares fructus ex Romano Catechismo, vulgari, & plano sermone pro audientium captu explanare nõ omittant, necnòn] & sanctiores cœremoniarũ significationes, quibus singula conferuntut, ac requisita ad illorum dignam receptionem. 6. *Can.licet 8.qu.1. Trid.sess.24.de Reform.cap.7.*

7. Parochi quacumque diei, seù noctis hora ad Sacramenta ministranda vocabuntur, hilari vultu, & prompto animo accedant, nullam tàm sanctę pietatis officiis moram interponentes, sub pœna suspensionis à Nobis infligendę; & in casu maioris contumacię, aliarum ad nostrum arbitrium etiàm carceris formalis, ideòque sepè monebunt populum, ut cùm opus fuerit Parochiali officio, se quamprimùm, & cum omni libertate accersat, nulla habita vel temporis, vel alterius cuiuscumque incommodi ratione. 7. *Can. Divinis, 25. q.1.Conc.Later.3 can.13.Trid.sess.6 c.2. & sess.23. c.1 de Reform. 1.Syn. Card.Carac. an. 1669.tit.de Sacramen.admin.*

8. Si autèm eorundem Parochorum negligentia quempiàm absque Sacramentorum susceptione, aùt etiàm commendationis animę perneccssario auxilio mori contigerit, ultrà gravissimi sceleris admissi reatum, severissimis pœnis arbitrio nostro pro modo culpę punientur. 8. *Can.Si Presbyter, C.agnovimus 26. q.6.Can.Quicunque de consec. distinct.4.*

9. Parochi in subsidiũ tãti operis, in quo de sũma vitæ æternę agitur, diligẽtèr, & tẽpore opportuno advocẽt Sacerdotes Operarios

Digitized by Google

9. Ex 4. Conc. Prov. Mediol. sub S. Carolo p. 2. de Extr. Vnct. & ergà morientes officiis, ubi latiùs, nec præcipuè §. singulis mensibus.

rios Agonizantium assistentię in quacumque Parœcia hulus Vrbis addictos; & si quos invenerint negligentes, recursum faciant ad Deputatos, qui pro adimplendo hoc pio opere invigilant, quique in Congregatione Agonizantium coràm Nobis singulis mensibus cogenda rationem reddere tenentur. In Casalibus verò Parochi ceteros Sacerdotes ad id ipsum à Nobis in Sancta Visitatione enixè monitos opportunè requirant in auxilium Agonizantium, ac de omittentibus tàm religiosum pietatis officium sedulò Nos certiores reddant.

10 Can. Ecclesias 13. q. 1. Can. interdicimus 16. q. 1. Concil. Later. 5. sess. 11. Clementin. un. de Privil. Greg. XV. Const. 18. Inscrutabili. Ritual. Roman. l. c. §. fidelibus.

10. Nullus Sacerdos sivè secularis, sivè Regularis audeat in aliena Parœcia Sacramenta administrare sine licentia nostra, vel Vicarii nostri Generalis, necessitate autèm urgente, & Parocho absente, tùnc tantùm censeatur permissa administratio, & non alitèr.

11 Can. liceat 8. q. 1. Can. in actione de Pœnit. dist. 1. Ex Act. Eccl. Med. p. 4 in instruct. pro admin. Sacram.

11. Non desinant Parochi crebris cohortationibus admonere fideles, quod ad recipienda Sacramenta accedant, & cum conscientiæ munditie, & cum exteriori etiàm corporis habitu humilitatem, & reverentiam præseferente, curentque viros armis depositis, Mulieres honesto, humilique ornatu, & sempèr velato capite ad susceptionem Sacramentorum se præsentare.

12 Rit. Rom. loc. cit. §. curabit.

12. Vestes, & Vasa sacra, aliaque omnia pro singulorum Sacramentorum usu, & ministratione adhibenda, Ecclesiasticæ munditiæ nitore, ac puritate colluceant.

13 Ex 5. Conc. Prov. Med. S. Caroli p. 3. tit. de examinandi ratione.

13. Qui in posterùm promovebuntur ad Parochiales, & Curatas Ecclesias, non admittantur ad possessionem, nisi post peracta exercitia spiritualia in solita Domo Sacerdotum Congregationis Missionum, modò eadem exercitia non peregerint, cum facultatem audiendi Sacramentales confessiones susceperunt. Iidem Parochi, quin etiàm Oeconomi, & Coadiutores non audeant Parochiale munus exercere, nisi priùs subierint examen circà præxim administrandi Sacramenta, præsertim circà cæremonias ritè, & decentèr obeundas coràm præfatis Sacerdotibus Missionum, à quibus referre debent attestationem, cuius vigore exercitium sui muneris aggredi valeant.

De

Digitized by Google

De Sacramento Baptiſmatis.

CAPVT II.

1. SPiritus Domini, qui ferebatur ſuper aquas, quique in tranſitu maris rubri per Pharaonis exercitus immerſionem, & admirandam Iſraelitici populi emerſionem Sacroſancti Baptiſmatis myſterium præſignavit, teſtante Apoſtolo, *Omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari*, ſaluberrimo homines lavacro in hæredes Dei, cohęredes autèm Chriſti regenerare dignatus eſt: Et ut immenſum hóc donum gratiæ, quàm in filios adoptionis effudit, ritè ſuſcipiatur, ſacri Eccleſiæ Miniſtri piè præ oculis habeant Baptiſtæ munus, quod gerunt, Chriſtumque Dominum fluenta Iordanis, undè omnes Baptiſmatis latices effluunt, ſanctificantem, & Spiritum Sanctum ſub Columbę ſpecie deſcendentem, ut vero Religionis ſenſu, puriſque manibus, primam poſt naufragium tabulam porrigere ſatagant, decore, & diligentia mox recenſenda.

Geneſ. cap. 1. v. 2. *Exod. cap. 15. v. 4.* *1. ad Corinth. cap. 10. v. 2.* *Ad Rom. c. 8. v. 17* *Ibid. cap. 9. v. 4.* *Luc. c. 3. v. 22.*

2. Enixè curent Parochi, ut in poſterùm non differatur Baptiſma infantium; Parentibus autèm diſtrictè præcipimus, quod Infantibus ſuis Baptiſmatis Sacramentum quanto citiùs conferri ſtudeant; ſique poſt octavum ab ortu diem Baptiſma præfatis conferendum prorogaverint, ipſi Parentes ſententiæ excommunicationis ipſo facto ſubiaceãt, iuxtà Decreta Synodalia Noſtrorum Prædeceſſorum; Parochi verò de vetita dilatione ultrà octiduum ſtatim Nos, vel Vicarium noſtrum Generalem certiores faciant, ſub pœnis ad noſtrum arbitrium.

2. *S. Clem. I. ep. 4. & lib. 6. Conſtit. c. 15.* *Eugen. IV. Conſt. 23.* Cantate, *de concord. Iacobit. cũ Eccl. Rom. Rit. Roman. hoc tit. §. Opportunè. Syn. Prov. Neap. cap. 13.* *1. Syn. Car. Carac. 1669. d. 1. & 3. a. 1676. d. 2. hoc tit.*

3. Si quem autèm culpa, vel negligentia Parochi, ſine Sacramento Baptiſmatis decedere contigerit, Parochus ipſo facto ſubiaceat pœnæ ſuſpenſionis Nobis reſervatæ, aliiſque arbitrio noſtro infligendis.

3. *Can. Quicumque, de conſec. diſt. 4.*

4. Baptiſmatis Sacramentum neutiquàm domi, ſed ſolùm in Parochiali Eccleſia, ubi Fons Baptiſmalis habetur, nec in ea de mane ante ortum Solis, & de ſero poſt vigeſimam quartam horam, niſi in utroque caſu neceſſitate urgente, ullatenùs conferatur, & Parochi, aliique Animarum Rectores, qui contra-

4. *Can. Clericos de conſec. d. 1. Clemẽs. unic. de Baptiſmo. Rit. Rom. l. c. Syn. Prov. Neap. l. cit. 4. Syn. Car. Phila. 1649. d. 4. et 7. an. 1662. d. 5. in fine. 1. Syn. Car. Carac. a. 1669. d. 2. & 2. a. 1672. d. 2. hoc tit.*

Digitized by Google

fecerint, subiaceant pœnis comminatis à nostris Prædecessoribus, & præsertim suspensionis.

5. Ex 4. Cone. Prov. Med. sub S. Carolo hoc tit. p. 2. §. Infantis.

5. Nomina Infantium in privatis ædibus in casu necessitatis baptizatorum, atque ipsorum suscipientium, seù Patrinorum, Parochus in libro Ecclesiæ accuratè describat, & cum cæremoniæ supplentur in Ecclesia super iam Baptizato in privata domo, idem nomen, iidemque susceptores, seù Patrini adhibeantur.

6. Rit. Rom. l. c. de Patr. ms. 3. Syn. Card. Carac. a. 1676. d. 3 hoc tit. & ex 1. & 4. Conc. Prov. Mediol. c. p. 2. eod. tit. & in instruct. de Bapt. inter. Acta Eccl. Med. p. 4.

6. Sciant Parochi ab hoc susceptoris, aùt Patrini munere protinùs repellendos excommunicatos, vel interdictos, infames, aùt notoriè flagitiosos, aùt ensem, vel pugionem actu deferentes, vel qui Christianæ Fidei rudimenta ignoraverit, aùt quos præceptum de annua Communione non expleviſſe constiterit, & minores quatuordecim annorum. Præterea ad Ritualis præscriptũ nec ab iis admitti debẽt Monachi, sivè cuiusvis Ordinis Regulares, imò nec à Monialibus habentes procurationis mandatum sub pœna in Prædecessorum nostrorum Synodis præscripta, vel alia ad nostrum arbitrium.

Can. Non liceat, C. Monachis, de cõsec. d. 4. Rit. Rom. l. c. 1. Syn. Car. Phil. a. 1642. d. 4.

7. Can. non plures de consec. d. 4. cap. fin. de cogn. spirit. in 6 Trident. sess. 24. de Ref. matrim. c. 2. B. Pius V. Const. 24. Cum illius. Syn. Prov. Neap. l. c.

7. Plures Compatres nullatenùs permittimus, quinimmò, proùt Sacrosanctum Concilium Tridentinum ordinavit, unus tantùm sivè Vir, sivè Mulier, vel ad summum unus, & una baptizatum de Sacro Fonte suscipiant, sciantque (ut monebuntur à Parochis) quòd inter susceptores, & Baptizatum ipsum, ac illius Patrem, & Matrem, necnòn inter baptizantem, & baptizatum, & illius Patrem, & Matrem tantùm spiritualis cognatio contrahitur.

8. Can. Ita diligere, 30. q. 3. C. vos ante omnia, de consecr. dist. 4.

8. Nec Parochi debent dictos Patrinos monere tantùm de huiusmodi cognatione, sed etiàm de obligatione erudiendi susceptum in Fidei rudimentis, & præcipuè in rebus ad salutem necessariis, quoties Parentes desint, ac propterea has monitiones peracto baptismate non omittant.

9. Trident. sess. 24. de Ref. matrim. c. 2. Syn. Prov. Neap. l. c. 1. Conc. Prov. Med. cit. p. 2. hoc tit. & in instruct. cit. §. Notabit.

9. Singulis animarum curam gerentibus rigorosè præcipimus, ut statim post Baptisma, & antequàm baptizatus ab Ecclesia discedat, peractum Baptisma accuratè describant in libro consueto, quem propè Baptisterium habeant, & in eius descriptione adnotent Parentes, & an legitimi Coniuges fuerint, nec

nè,

Digitized by Google

nè, ſervando in ceteris inſtructionem Ritualis, ſub pœnis in caſu cuiuſcumque trāſgreſſionis ad noſtrum arbitrium infligēdis.

10. Liber autèm Baptiſmatis, iuxtà Synodi Provincialis decretum ſingulis annis in Sācta Viſitatione preſentandus Deputatorum noſtrorum recognitioni ſubiiciatur.

11. Infideles adultos nulli liceat baptizare, niſi priùs fuerint examinati à noſtro Deputato, & Chriſtianę vitę principiis eruditos eſſe compertum fuerit.

12. Iuxtà Sacrorum Canonum diſpoſitionem Parochi poſt Baptiſmatis collationem Parentes, ſivè Nutrices admoneant, nè puerulos ſecum in uno lecto retineant, nè per incuriam ſuffocentur, vel opprimātur. Quarè ad hoc ab antiquis Canonibus rigorosè vetitum accuratiùs præcavēdum præfatis Mulieribus, quæ Infantes ætatis anno nondum expleto, ſecum in uno lecto jacentes tenuerint, pœnam excommunicationis ipſo facto irrogamus, à cujus vinculo non niſi gravem pœnitentiam ſubituras abſolvi permittimus.

13. Decreta Synodalia noſtrorum Prædeceſſorum, quibus fuit Parochis injunctum, ut quas intrà Parœciæ ſuæ fines Obſtetrices haberent, de materia, & forma Sacramenti Baptiſmatis, ac de intentione Miniſtri congruentèr inſtruerent, nunc renovantes, non ſolùm Parochorum conſcientias de præmiſſorum obſervantia commonemus, verùm etiàm volumus, nulli fœminæ licere ſub pœna excommunicationis munus exercere obſtetricis, niſi à Parocho, intrà cujus fines moratur, ad hoc Sacramentum urgente neceſſitate miniſtrandum, prævio diligenti examine, approbata fuerit, cuius approbationis fidem gratis tradi volumus; ipſique Parochi ſemèl in anno Obſtetrices ad examen advocent, earumque peritiam recognoſcant.

14. Moneant etiàm Parochi Obſtetrices, nè novos ritus, aùt aliquod ſuperſtitioſum, ſivè vanum inducant, eaſque edoceant eodem tempore, quo infunditur aqua, pronuncianda eſſe verba formæ, & ſuadeant imponendum eſſe nomen baptizato.

15. Si autèm Infantes ab Obſtetricibus baptizati, durante mortis periculo, aliquandò ſupervixerint, ſedulò perquirant Parochi formam, & ritum, quo baptizati fuerint, ut ſi quis error

10 *Syn. Prov. Neap. loc. cit.*

11 *Ad Can. Baptizandi, C. Primum C. Omnis cum 2. ſeq. de conſec. d. 4. Cap. Maiores, de Bapt. Trid. ſeſſ. 6. cap. 6. Syn. Prov. Neap. l. c.*

12 *Can. Conſuluiſti 2. q. 5. Cap. Relatum de his, qui fil. occid. Syn. Prov. Neapol. c. 17. Syn. Cardin. Alf. Caraf. a. 1565. de caſ. reſ. Edict. Cardin. de Aretio eod. tit. c. 5 & 1. Syn. Cardin Boncomp. a. 1627 tit. de Infantibus.*

13 *Synod. Prov. Neapol. c. 13. 1. Syn. Card. Dec. Caraf. a. 1619. d. 1. & 1. Card. Caracc. an. 1669. hoc tit. d. 4. ac 2. Syn. eiuſdem 1672. de Sacram. d. 1.*

14 *Ex Rit. Rom. l. c. de Min. bapt. & ex decr. Syn. nuper cit*

15 *Ad c. quoniam. c. bi verè de conſec. diſt. 4. c. ſi quis 1. q. 1. Syn. Prov. Neap. l. cit. Syn. Marii Caraf. a. 1567. tit. de Obſtetric. 1. Syn. Car. Dec. Caraffæ ann. 1619. d. 1.*

Digitized by Google

error irrepſerit ab eis in cęremoniarum ſuppletione promptiùs corrigatur, niſi adhùc Infantem ritè baptizare ulteriùs oportuerit.

16 *Rit. Rom. loc. cit. Syn. Prov. Neap. l. cit. c. cum itaque de conſec. diſt. 4.*

16. Inquirant etiàm Parochi antè adminiſtrationem baptiſmatis, an Puer privatum baptiſma receperit, quod ſi hoc modo ritè baptizatum compererit, ſuppleant tantùm omiſſa.

17 *Rit. Rom. loc. cit. de ſac. Ol. §. ſa', S. Carol. Inſtruct. cit. de ſtruädis poſt bapt.*

17. Vt omnis ſuperſtitionis occaſio auferatur, non permittat Parochus Sal, candelas, goſſipium, ſudariola ad baptiſma adhibita domum referri, ſed ipſe cautè cuſtodiat.

18 *C. Parvulos cum 3. ſeq. de conſ. d. 4. c. de quibus, de baptiſ. S. Greg. l. 12. ep. 32. Rit. Rom. l. c §. ſi mater.*

18. Expoſiti Infantes etſi cum ſchedula teſtimoniali de ſuſcepto baptiſmate reperti fuerint, baptizentur ſub conditione, idemque nomen Expoſitorum ſervetur, quod in ſchedula notatur; ipſius verò ſchedulæ verba in librum Baptizatorum referantur, imò & ſigna, cum quibus fuerunt reperti.

19 *Iuxta Rit. Rom. in rubric. de baptiz. parv.*

19. Meminerit quicumque in caſu neceſſitatis baptizat poſſe quamlibet partem, quantùmvis minimam, etiàm ſecundinis pellibus involutam, ut manum, pedem, digitum aqua abluere, forma baptiſmatis prolata: regularitèr autèm pars, quę ad ablutionem ſuſcipiendam ſufficit, caput, pectus, femur eſſe putatur. Non omittat tamèn Parochus infantem talitèr ablutum, dum vixerit, conditione adhibita, baptizare.

20 *Catech. Rom. p. 2. c. 2. hoc tit. Rit. Roman. l. c. in fin. Syn Prov. Neap. l. c.*

20. Imponantur Infantibus in baptiſmate nomina, quę ſint Sanctorum.

21 *Syn. Prov. N. l. c.*

21. Liber baptizatorum apud ſolum Parochum clave munitus cuſtodiatur.

22 *Rit. Rom. l. c. §. Baptiſterium. 4. Cõc. Prov. Med. S. Caroli hoc tit.*

22. Super Vrnam Fontis Baptiſmalis imponatur operculũ clave munitum, & ſuper Tabernaculum ſerico conopeo coloris, quo eo tempore Eccleſia utitur cooperiendum adſit ſimulacrũ repræſentans Chriſtum Dominum baptiſma à Sancto Ioanne Baptiſta recipientem, & aquas, quæ mox alios ſanctificarent, ſanctificantem.

23 *Rit. Rom. loc. cit. de ſac. ol. Vaſc. 4. Cõcil. P. Med. l. c.*

23. Vaſcula ad ſervanda ſacra Olea ſint argentea, & quęlibet cum ſuis inſcriptionibus, aùt alio ſigno diſtinguantur.

24 *S. Leo ep. 4. ad Epiſc. Sicil. c. 3. & 4. Rit. Rom. l. c. 1. Synod. Car. de Aquaviv. a. 1607. d. 16.*

24. In Eccleſiis baptiſmalibus benedictio Fontium ipſa die Sabbati ſancti, & in pervigilio Pentecoſtes ſolemni ritu fiat.

De

Digitized by Google

De Sacramento Confirmationis:

CAPVT III.

1. QVamvis in Veteri Teſtamẽto nonniſi ad Regium, vel Pontificale faſtigium provehendi per lenticulam Olei (ſicùt à Samuele Saul, qui ab humero, & ſurſùm eminebat) inungi merebantur; eò tamèn generis humani dignitas crevit per Ieſum Chriſtum, qui verè unctus Domini interpretatur, ut cuncti Fideles tanquàm Populus acquiſitionis, Gens ſancta, Regale Sacerdotium, Sacro Chriſmate delibuti in arenam deſcendere, atque de devicto tenebrarum Principe triumphum agere queant. Verùm prudentiores eſſent filii tenebrarum, quàm lucis, ſi Chriſtiani Athletæ tàm ſublimi charactere inaugurandi; nec à peccati ſordibus abſtinentes (redarguente Apoſtolo) deteriores fierent ſeculi gladiatoribus, qui quidèm à *talibus abſtinent, ut corruptibilem coronam accipiant, nos autèm incorruptam.* Quapropter in adulta ætate confirmandi ſedulò ſtudeant propriam expiare conſcientiam prævalida tanti Sacramenti gratia roborandam, ut dùm manus Epiſcopi ſacram diſtillant Myrrham, Chriſti bonus odor evadant.

1. *Reg. cap. 23.*

1. *Petr. cap. 2. v. 9.*

Ioan. cap. 17. v. 12.

1. *ad Corinth. cap. 9. v. 25.*

Can. Vt ieiuni, de conſec. d. 5.

2. Parochi igitùr, quorum in his quoque partes aliquæ eſſe debent, poſtquàm noſtro Edicto certiores facti fuerint, quando, & ubi hoc Sacramentum uniuſcuiuſque Parœcię Populo adminiſtrandum ſit in diebus Dominicis, feſtiſque inſequentibus inter Miſſarum celebrationem denunciabunt, itemque ejuſdem Sacramenti naturam, vim, dignitatem, & ſalutares effectus ex Romano Catechiſmo demonſtrabunt, ut omnes intelligant, illud non modò non negligendum, aùt nimiùm differendum eſſe, verùm, & ardenti animo expetendum.

2. *Conc. Conſtãt. ſeſſ. ult. in Cõſt. Martinè V. circà med. Cõc. Florẽt. in dec. Eug. Papæ §. Quanto. Trid. ſeſſ. 7. can. 2. Ad C. Spiritus S. C. de his verò, C. omnes, C. noviſſimè de conſec. diſt. 5. 1. Coc. Prom. S. Car. p. 2. hoc tit. & Inſtruct. de Sac. Cõf. §. primum.*

3. Oſtendent præſertim per hoc Sacramentum indelebilem characterem imprimi in anima, atque adeò ſine ſacrilegio reiterari non poſſe, ſimulque edocebunt inter confirmatum, ipſiuſque Parentes, atque Patrinum eandem, quæ in Baptiſmate ſpiritualem cognationem contrahi, eoſdemque effectus produci.

3. *Can. dictũ eſt, C. de homine, de cõſec. d. 5. Conc. Flor. l. c. Trid. ſeſſ. 7. de Sacram. can. 9. Cap. 1 & cap. fin. de Cogn. ſpir. in 6. Trid. ſeſſ. 24. de Ref. matrim. c. 2.*

Digitized by Google

4. Similes instructiones in nostra Cathedrali, aliisque locis à Nobis destinandis pro administratione hujus Sacramenti fieri volumus à persona deputanda tempore ipsius administrationis.

5. *C. in baptismate, de consec. d. 4. Conc. Lateran. 3. in append. p. 50. c. 44. 1. Syn. Card. Carac. 1669 d. 2. hoc tit.*

5. Patrini sint natu majores iis, quos in Confirmatione tenent, à quo munere eos excludimus, qui adhùc Sacramento non sint præcedenter insigniti, omnesque alios, quos suprà in Sacramento Baptismatis repellendos mandavimus.

6. *S. Carol. in act. Eccl. Med. p. 4. Instruct. Conf. de Patrinis, §. Id denique, & §. nemo, & iuxta decr. sup. c.*

6. Servandæ honestatis causa præcipimus, quod mares à maribus, fœminæ à fœminis suscipiantur, sintque tantùm unus, vel unà, juxtà Sacrorum Canonum dispositionem, nec eadem die plures, quàm unum, vel duos ab eodem absque nostra licentia præsentari permittimus.

7. *3. Syn. Card. Carac. ann. 1676. hoc tit. d. 2.*

7. Cumque valdè indecens sit, Puellas, immò & Matrinas minus honesto corporis ornatu ad hoc Sacramentum accedere, arceantur omninò quæcumque in cultu corporis sivè vanitatem, sivè lasciviam quodammodò redolent.

8. *1. Syn. Card. Decii Carafæ ann. 1619. d. 3. & iuxta Edictum nostrum, et quotannis promulgari consuetum.*

8. Edicant Parochi hoc Sacramentum suscepturis, ut ad se quamprimùm accedant privatìm instruendi, atque examinandi, & quilibet confirmandus sic examinatus obtineat à proprio Parocho fidem idoneitatis ab eo gratis concedendam, illamque secùm deferat unà cum schedula, in qua sint descripta nomina ipsius confirmandi, Patris, & Matris, ac Patrini, seù Matrinæ, nec alitèr Nobis, aùt Episcopo à Nobis destinando, se sistere audeant; quas schedulas nostro Cæremoniarum Magistro tradere debent, ceteraque præstanda jubemus, quæ in Edicto quotannis publicari consueto præscribuntur.

9. *Syn. Prov. Neapol. cap. 14. 1. Synod. Card. Carac. 1669. d. 1. hoc tit.*

9. Moneant etiàm Parochi, immò sedulò, ac diligentèr curent, ut Confirmandi omnes, nè Septiformi gratiæ Spiritus Sancti, quæ in hoc Sacramento confertur, obicem ponant, conscientiam priùs per Sacramentalem Confessionem emundent.

10. *1. Syn. Card. Carac. l. c. d. 2. & 3. eiusd. 1676. d. 1. hoc tit.*

10. Magistri Cæremoniarum nostræ Cathedralis, quorum interest confirmantis, & confirmati, ejusque Parentum, ac Patrinorum nomina in libro specialitèr destinato conscribere, id statìm peragendum curent: ac proindè Confirmationis administrandæ quotannis tempore persoluto sub pœna librarum vigin-

Digitized by Google

gintiquinque ceræ albæ elaboratæ piis usibus applicandæ, præfatum librum, ut de completo munere doceamur, Deputatis Conviſitatoribus noſtris exhibere teneantur. Id ipſum ſub eadem pœna perficere curabunt Parochi, cum in aliquibus Diœceſis noſtræ locis præfatum Sacramentum pro majori Populi commodo adminiſtrari cenſebimus. *Ex S. Greg. 1. lib. 8. Epiſt. 46.*

De Sacroſancto Euchariſtiæ Sacramento.

CAPVT IV.

1. COeleſtis Sacroſanctæ Euchariſtiæ Manna, quæ Hebræo nomine quoddam admirandum ſignificat, præſtantiſſimum omnium mirabilium, & opus verè Divinum, immò ipſum Deum realiter amplectitur, qui *formam Servi accipiens, & habitu inuentus, ut homo,* ſub ſpeciebus panis ipſammet humanitatem adeò humiliavit, ut indè in ſumptione ineffabilis Sacramenti cuncti Fideles memoriam ſuæ Paſſionis recolerent, atque immenſa gratiæ dulcedine inebriati in Hydriis cordium meliùs, quàm in Cana Galileæ Nuptiis, prævіæ pœnitentiæ lacrymas in fervidum charitatis vinum mutarent. Quin etiàm ſpirituales Devotorum Animæ quodam Cœleſtis gaudii rore perfuſæ, pignus futuræ gloriæ præſumere mereantur. Nemo igitur ad Vbera Divinæ Miſericordiæ ſuammet Divinitatem elargientis prophanum os apponere audeat, ſed exemplum Moyſis ad rubum in Horeb accenſum diſcalceatis pedibus accedentis imitetur ſumma cum veneratione, mòx præſcribenda. *Ad Philipp. cap. 2. v. 7.* *Exodi c. 3. v. 3.*

2. Virtutem eximiam hujus auguſtiſſimi Sacramenti, in quo ſumitur ipſe omnis gratiæ, & ſanctitatis fons, atque origo Chriſtus Dominus, doceant Parochi, ac propterea moneant nonniſi deterſis per Pœnitentiæ Sacramentum animę maculis ad Agni Immaculati delicias eſſe accedendum, & Concionatores etiàm ſæpè de hujus Sacramenti admirabili fructu, & excellentia Populos admonebunt, hortantes ad illius frequentiam maximè in præcipuis anni ſolemnitatibus. 2. *C. Nihil, de conſec. d. 3. Clement. un. de reliq. & vener. SS. Trid. ſeſſ. 13. c. 7. & 15. & ſeſſ. 24 cap. 7. Rit. Roman. hoc tit. in Rubric. §. Parochus. S. Greg. l. 7. ep. 47 C. ſi quotieſcumq; de conſecr. d. 2.*

Trid. ſeſſ. 13. c. 8. & ſeſs. 22. de Sacr. Miſſæ cap. 6. Innoc. XI. in decr. Sac. Congr. Cone. de Commun. quotidiana ſub 12. Febr. 1679.

Digitized by Google

3. In eo Ecclesiæ Altari, in quo Sacra Eucharistia solet asservari, sit Tabernaculum affabrè factum, cujus pars interior tegumentis sericis, exterior, aùt auro, aùt aliis pretiosis ornamentis decoretur cum suis decentibus conopeis albi, rubri, viridis, & violacei colorum pro temporum ratione mutandis.

3. *Sanè olim, de celeb. Miss. cap. 1. de Cust. Euch. Trident. sess. 25. de Reg. Monial. c. 10. & sess. 13. cap. 6. Rit. Rom. l. c. Syn. Prov. Neap. vbi s. 1. Synod. Card. Caracc. Ann. 1669. hoc tit. d. 1.*

4. Ipsius Tabernaculi Ostiolum clave, quæ sit argentea, vel saltèm auro illita funiculo serico appensa claudatur, nè ad Sanctissimam Eucharistiam possit temeraria manus extendi, & clavem diligenti cura Parochus, vel Rector, vel Præfectus Ecclesiæ, dummodò Sacerdos sit, continuò custodiat.

4. *Conc. Later. sub Innoc. III. c. 20. et c. 1. de Cust. Euch. Cap. sanè olim, de cel. Miss. 1. Synod. Card. Caracc. l. c. d. 11.*

5. Duæ sint Pixides argenteæ interiùs auro illitæ cum suis cooperculis, quæ super Corporali mundo collocentur, altera major, altera minor, in quarum prima contegenda cooperculo albi coloris asservari debent Sacræ Particulæ, altera deserviat pro deferendo ad Infirmos hoc Sanctum Sacramentum.

5. *C. Presbyter, de consec. d. 2. Rit. Rom. l. c. §. curare. 1. Coc. Prov. Med. p. 2. tit. quæ pertinent ad Euch.*

6. In signum, & incitamentum ad amoris fervorem, quo Fideles omnes idem Sacramentum prosequi debent, ardeat cõtinuò die, nocteque lampas accensa, saltèm una, vel plures, quatenùs Ecclesiæ facultates patiantur, sub pœnis nostro arbitrio infligendis.

6. *Rit. Rom. loc. cit. §. Hoc autem. Syn. Prov. Neapol. l. c. 1. Conc. Med. l. c.*

7. Tabernaculum intrà binas quasque hebdomadas bis, aùt semel ad minùs decore purgetur intrinsecùs, & extrinsecùs: Particulæ autèm bis in hebdomada tempore æstivo, & quolibet octiduo tempore hyemali renoventur, consumptis de more veteribus.

7. *Clem. VIII. Coss. 34. Sacrissimus, ubi pro Græcis. Conc. Londin. 1. c. 2. Rit. Rom. l. c. §. Sanctissimæ. 1. Synod. Card. Caracc. l. c.*

8. Nusquàm nisi in Ecclesiis Parochialibus, aùt Regularium, aùt Monialium Sacrosancta Eucharistia retineatur, nisi ex particulari privilegio, & facultate.

8. *S. Cong. Episcop. 15. Jan. 1619.*

9. Vt numerosus Populus huius Civitatis, & Diœcesis majori fruatur facilitate adimplendi Præceptum Paschale à Sacris Canonibus injunctum, & nè quisquam ad illius satisfactionem protrahendam valeat excusationis velamen assumere, à Sacra Congregatione Concilii temporis prorogationem per infrascriptas literas obtinuimus, v 3.

9. *Conc. Later. sub Innoc. III. c. 21. relat. in cap. omnis utriusq; sex. de pœnit. & rem. Trid. sess. 13. can. 9. Eugen. IV. Const. 20. Fide digna.*

Fo-

Digitized by Google

Foris.

Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Obſervandiſſimo Domino Cardinali Cantelmo.

Intùs verò.

Eminentiſſime, & Reverendiſſime Domine Obſervandiſſime.

„ RElatis in Sacra Congregatione Concilii E.V. litè-
„ ris, quibus petiit facultatem, ob copiam popu-
„ li, & ad animarum ſalutem, prorogandi tempus ſtatu-
„ tum ad adimplendum Præceptum Paſchale à Domini-
„ ca Palmarum uſque ad Feſtum Aſcenſionis Domini No-
„ ſtri incluſivè, ſeù potiùs per quatuor hebdomadas, ut
„ in contextu præſcripto literarum; Eminentiſſimi PP. de
„ ſolicitudine Paſtorali, ac zelo E. V. confiſi, prorога-
„ tionem temporis petitam ejus arbitrio, & prudentiæ
„ benignè remiſerunt, & dùm pro debito mei muneris
„ Em. Veſtram certiorem reddo, ejus manus humillimè
„ deoſculor. Romę 20. Martii 1694.

Em. Veſtræ

Humillimus, & Addictiſſimus Servitor
G. Card. Mareſcottus Propræf.

R. Pallavicinus Secr.

Neap. Em. Archiepiſcopo.

Quarè inhęrentes facultati præſcriptę Nobis attributę, tempus ſtatutum pro implemento dicti Præcepti, quod incipit à Dominica Palmarum, prorogamus uſque ad diem Aſcenſionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti incluſivè, iuxtà formam Edicti à Nobis publicati die 6. Aprilis currentis anni, in calce Synodi apponendi.

Vt olim 2. Paralipomen. cap. 30. & Numer. cap. 9.

10. Cu-

Digitized by Google

10. Curare præcipuè debent Parochi, nè quis negligat hoc Sacramento reficiri Paschate, ac propterea ante ipsum Pascha viritim faciant quolibet anno censum familiarum, & cuiuslibet de familia, eorumque nomina, qui Ecclesiastico Præcepto ad Divinum epulum sumendum obstringuntur in Catalogum redigant, & mox accedentibus ad Sacram Mensam schedulas distribuant, quas completo Paschali tempore recolligant, & si quos defeciſſe compererint, ad Nos, vel nostrum Vicarium Generalem deferant intrà decem dies post dictam diem Ascensionis, ut in eos publicè, & nominatim Sacrorum Canonum censuris, ac pœnis animadvertere valeamus, à quibus nonnisi de Nostra, vel nostri Vicarii Generalis licentia absolvi permittimus; Parochos autèm deficientes in formatione dicti Catalogi, & in deferendo non communicatos, pœnæ decem ducatorum ipsi Ecclesiæ applicandorum volumus subiacere.

10. *Rit. Roman. tit. de Com. Pasch. §. Vt igitur. 1. Syn. Cardinal. Dec. Carafæ ann. 1619. d. 4. & 5. & 1. Card. Boncompag. an. 1627. eod. tit. 3. Card. Caracc. 1676. d. 1.*

Iuxtà 3. Syn. Car. Caracc. ann. 1676 de Sac. Euch. d. 1.

11. Ad eos insuper puniendos, quos post diligentem inquisitionem à Parochis ignorari contigerit, an Paschali præcepto satisfecerint, elapsa dicta festivitate Ascensionis ab eisdem Parochis intrà Missarum solemnia, vel antè Offertorium fiat nomine nostro, juxtà antiquum hujus Ecclesiæ morem, Synodali statuto firmatum, sequens generalis denunciatio, quæ posteà in scriptis redacta in Tabella Denunciationum, vel, ut apertiùs pateat, ad Ecclesiæ valvas publicè affigatur, videlicèt.

11 *1. Syn. Card. Decii Carafæ an. 1619. d. 4.*

De mandato Eminentiſsimi, & Reverendiſsimi Domini Archiepiſcopi Neapolitani.

„ DEclarantur interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, & privati
„ Eccleſiaſtica ſepultura in eventum mortis decedentes abſque manifeſtis pœnitentiæ ſignis, juxtà Sacri Lateranenſis Concilii decretum in cap. Omnis utriuſque ſexus. Omnes, ac ſinguli utriuſque ſexus, qui in Paſchate Reſurrectionis proximè præterito Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum non ſumpſerint, juxtà præceptum S. Matris Eccleſiæ.

12. Con-

Digitized by Google

12 Constitutionibus aliàs in Synodo editis, ac potissimùm declarationi Vrbani Papæ VIII. instantibus hujus Civitatis Parochis emanatæ, inhærentes declaramus, nullo modo Paschali, annuæque Communioni satisfieri posse (Sacerdotibus tantummodò celebrantibus exceptis) communicando in Oratoriis privatis, vel in Ecclesiis, aùt Oratoriis Regularium; sed tantùm in Ecclesia propria Parochiali de manu proprii Parochi, vel alterius ab eo deputati, aùt in Ecclesia nostra Metropolitana. 12. *Ex lit. Card. Verospii sub dat. Rom. 20. Mart. 1638 ad Card. Boncop. Archiepisc. Iuxtà Clement. Dudum, de sepult. Extrav. super Cathedram, eod. tit. Syn. Prov. Neapol. cap. cit. 2. Syn. Cardin. Phil. ann. 1644. tit. de præc. Eccl. 1. Syn. Caracc. 1669. hoc tit. d. 4.*

13. Parochi autèm meminerint, aliàs fuisse ipsis prohibitum sub pœna suspensionis ipso facto à Divinis impartiri facultatem communicandi contrà tenorem hujus Constitutionis, excepto casu veræ necessitatis, quam prohibitionem renovamus. 13 *2. Syn. Card. Phil. & 1. Card. Carac. ubi supra.*

14. Ad fraudes quascumque vitandas, schedulas Communionis præfatas, sicùt fidelitèr custodiri, sic eò rectiùs dispensari mandamus. Quinimò illarum distributores (qui nullatenùs, nisi ex urgenti necessitate, sint minores Clerici, iique perspectæ sinceritatis) accuratè caveant, nè plures unus accipiat, easque post diem Ascensionis sub pœna excommunicationis latæ sententiæ tàm in Cathedrali, quàm in Parochialibus Ecclesiis distribui prohibemus. 14. *1. Syn. Card. Bonc. an. 1627. de Com. Pasch. 1. Syn. Car. Caracc. 1669. hoc tit. d. 5. & ejusd. 3. Syn. a. 1676. d. 1.*

15. Qui in Paschate Resurrectionis non communicantes, ab aliis dolosè accipiunt schedulas, seù chartulas, quæ eo tempore distribui solent in Metropolitana, vel in Parœciis, ut fidem Parocho exhibeant de peracta communione: Item illi, qui easdem non communicantibus quomodocumque accommodant in fraudem, excommunicationi ipso facto, Nobisque reservatæ, subiaceant. 15. *3. Syn. Card. Caraciol. l. c. d. 2.*

16. Ad ægrotos etiàm in Paschate hic Divinus Panis est deferendus, proùt etiàm communicandi sunt, qui detinentur in carceribus. 16. *Cap. pervenit, de consec. dist. 2. Rit. Rom. de Com. Pasch. §. agrotis.*

17. Diuturno morbo laborantes piis cohortationibus inducant Parochi, ut saltèm semèl singulis mensibus salutare Sacræ Eucharistiæ remedium recipiant. 17. *Rit. Rom. de Com. Infirm. 4. Consil. Prov. Med. & Instruct. vis. Infirm. tit. de Com. in act. Eccl. Med. S. Car. p. 4.*

18. Sicuti cura debet esse Parochorum, quod Adolescentes, qui ratione ætatis, & discretionis erunt capaces hujus Cœlestis 18. *S. Car. l. c. Instr. de Euch. tit. qui ad Sacra, §. nec verò.*

Digitized by Google

ſtis doni, ejus participatione non priventur, ſic nullus ad primum Divini Corporis Convivium accumbat, qui facultatem non obtinuerit à Parocho, cui tanquàm vero Paſtori progreſſus ſuarum Ovium in via ſpirituali innoteſcere convenit, & Parochus ipſe eos inſtruat, declaretque omnia, quæ de hoc Sacramẽto Fides tradit, ac edoceat animi præparationem, & modum, quo ad recipiendum ipſum Deum ſub ſpecie panis latitantem accedere debent, juxtà inſtructionem in calce Synodi apponendam; quod ſi Parochi in his defecerint, ſubjacebunt pœnis noſtro arbitrio infligendis.

19. *Trident. ſeſſ. 23. de Ref. cap. 18. & 13. Syn. Cardin. Alph. Caraffæ pag. 138. ann. 1565.*

19. Clerici Minorum Ordinum, ac etiàm Subdiaconi, & Diaconi non deſinant hoc Sacramentum frequentare, ut Sacro Concilio Tridentino cavetur.

20. *Rit. Rom. rub. de Euch. §. fideles. Ex Can. pro dilectione, Can. Scenicis, diſt. 2. Can. ſed illud, d. 45. Cap. Manifeſta, de pœn. & rem.*

20. Qui per ætatẽ ratione nõdùm utũtur, inſupèr Eccleſiaſticis cenſuris innodati, notoriè interdicti, publici uſurarii, blaſphemi, Concubinarii, Meretrices, aliique id generis arceantur à Sanctiſſimo Chriſti Domini Corpore ſuſcipiendo, niſi reſpectivè ſublata fuerint impedimenta, & niſi priùs certum veræ pœnitentiæ dederint indicium; proùt arcendi ſunt etiàm Conjuges ſine cauſa cohabitare nolentes, prævia tamèn participatione noſtra, vel noſtri Vicarii Generalis.

21. *Syn. Prov. Neap. l. 6. S. Carol. in Inſtruct. viſit. Inſtit. de Comm.*

21. Commendantes zelum, qui in hac Civitate conſpicitur adhiberi ergà cultum, & venerationem Sanctiſſimi, dum defertur ad Infirmos, in qua delatione verè elucet religioſa pietas Fidelium, hanc quidèm excitare enixè non deſinimus, ſimùlque jubemus tàm in delatione Sanctiſſimi, quàm in communicandis infirmis exactè ſervari ritus à Romano Rituali præſcriptos, de qua præciſa obſervantia Parochos monitos eſſe volumus; Et Clericos in ſortem Domini vocatos cohortamur, quod ſint frequentiſſimi ad aſſociandum hoc Sanctiſſimum Sacramẽtum, etiàm cum ſuperpelliceo, ut per eorum exempla fidelis Populus ad eandem aſſociationem reddatur alacrior.

22. *Ut poſt finem Synodi.*

22. Indulgentias, quas noviſſimè elargitus eſt Sanctiſſimus Dominus Noſter Innocentius XII. Fidelibus hujus Civitatis, & Diœceſis aſſociantibus Sanctiſſimum, dùm defertur ad Infirmos, Parochi publicè enunciabunt, juxtà morem, dùm fit reditus ad Eccleſiam.

23. Oc-

Digitized by Google

23. Occurrentes abusui, qui in Casalibus cernitur, prohibemus, nè Mulieres associantes Sanctissimum in eius delatione ad infirmos, ullatenùs præcedant Sacerdotem illud deferentem, sed subsequãtur; de nocte autèm nullatenùs audeãt Mulieres ad processiones huiusmodi accedere, ut scandalis, quæ sæpiùs accidisse compertum est, occurratur.

24. In nullis Ecclesiis, aùt Oratoriis publicè exponatur Sanctissima Eucharistia, nisi expressa nostra licentia præcesserit, neque ex causa publica, nisi à Nobis approbanda, proùt etiàm Regularibus prohibitum est ex decreto Sac. Rit. Congregationis in Neapolitana sub die 17. Augusti 1630. Sicut etiàm eadem Sac. Congreg. pluries declaravit, vt sequenti tenore: 24. 3. Syn. Card. Philam. an. 1646. d. 2. & 1. Syn. Cardin. Caracc. ann. 1669 hoc tit. d. 1. & 2. necnòn 2. eiusdem 1672. de Regular. d. 1.

„ SAcr. Rit. Congregatio sæpiùs censuit, non licere Regu-
„ laribus, etiàm in eorum propriis Ecclesiis Sanctissimum
„ Eucharistiæ Sacramentum publicè adorandum exponere,
„ nisi ex causa publica, quæ probata sit ab Ordinario; ex causa
„ autèm privata posse, dummodò Sanctissimum Sacramentum
„ è Tabernaculo non extrahatur, & sit velatum, itaùt ipsa
„ Sacra Hostia videri non possit.

I. Card. Sacchettus.

Loc. Sig. C. Paulucius Sac. Congr. Rit. Secr.

De Sacramento Pœnitentiæ.

CAPVT V.

1. QVi rectum *intèr Lepram, & Lepram* judicium ferre, & salutare peccati morbo ægrotantibus pharmacum porrigere debent, gravissimo Sacramentales Confessiones audiendi munere fungi satagant in *sana doctrina, & charitate non ficta*, nè dùm de summo vitæ discrimine agitur, deterior sit in præcavenda Animarum jactura spiritualis scientia temporali in curandis corporibus arte, per quam citrà dubium amarior medicina propinatur, si probabiliùs recuperandæ valetudini conducere valeat. Porrò viam vitæ ab *angu-* *Deuteronom. cap. 17. v. 8.* *2. ad Timoth. c. 4. v. 2.* *2. ad Corinth. c. 6. v. 6.* *Ad Ephes. cap. 2. v. 20.*

lari lapide Christo Iesu deductam quadris quoque lapidibus, scilicèt solidis tutioris doctrinæ à Sanctis Patribus, & primariis Ecclesiæ Doctoribus traditæ fulcris, sternere oportet, nè per multiformes, & versicolores calculos, nempè versatiles, & minùs tutas opiniones conscientiarum magis genio, quàm necessitati accomodatas opus potiùs musivum, & reticulare lubricæ mortalitatis lapsibus obnoxium, quàm recta, & firmior Dei mandatorum semita à Fidelibus inoffenso pede percurrenda, construatur. Sapientes igitùr, qui, *secundùm carnem*, ab Apostolo vocantur, seriò perpendant tremendam Prophetæ commi-

1. ad Corinth. c. 1. v. 26.

nationem: *Væ his, qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas Animas*. Quin etiàm ceteris saluberrimis monitis infrà elucidandis morem gerere studeant.

Ezechiel. cap. 13. v. 18.

2. Nullus Sacerdos, sivè secularis, sivè Regularis, qui non sit Parochus in titulum, nisi anteà à Nobis approbatus licentiam obtinuerit, potest Pœnitentiæ Sacramentum administrare, juxtà disposita in Sacro Concilio Tridentino: Qui verò contravenerit, si Regularis fuerit, pœnam excommunicationis ipso facto incurrat, iuxtà Sacrarum Congregationum Decreta. Si verò secularis, in eandem excommunicationis pœnam incidat, necnon pœna carceris formalis ad nostrum arbitrium mulctabitur.

2.
Trident. sess. 23. de Ref. cap. 15. Greg. XV. Const. 18. Inscrutabili. Urb. VIII. Const. 92. Cum sicut. Syn. Card. Alph. Caraf. a. 1565. p. 186. 1. Car. Dec. Caraf. a. 1619. d. 8 3. Card. Philam. 1646. d. 15. & 6. eiusd. a. 1658. d. 3. 7. a. 1662. d. 6. Sac. Cong. Conc. die 14 Apr. 1646. & Epis. et Regul. in 4. Syn. eiusd. Philam. an. 1649. d. 3. 1. Card. Carac. an. 1669. d. 1. hoc tit.

3. Quicumque fuerit tali approbatione, & licentia nostra destitutus, nèc venialium quidèm peccatorum confessionem audire, & absolutionem impartiri audeat, iuxtà Decretum sa: me: Innocentii XI. in calce Synodi registrandum, sub gravibus pœnis arbitrio nostro.

3.
Innoc. XI. in decr. S. Cong. Cone. de com. quot. 12. Febr. 1679.

4. Illis etiàm, qui aliquando fuerunt Parochi, nisi nostram licentiam obtinuerint, prohibitum sit sub eadem pœna Sacramentales confessiones audire.

5. Excipitur tamèn mortis articulus, in quo omnis Sacerdos quoslibet Pœnitentes à quibusvis peccatis, & censuris potest absolvere, iniuncto onere quoad censuras (si periculum evaserint) se superiori suo respectivè præsentandi, iuxtà Sacrorum Canonum sanctiones.

5.
Trid. sess. 14. cap. 7 de Cas. Reser.

6. Eos,

Digitized by Google

6. Eos, qui licentias falsas audiendi confessiones formaverint, vel ab aliis falsò formatis scienter usi fuerint, ultrà pœnas excommunicationis superiùs statutas contrà excipientes confessiones sine nostra approbatione, etiam pœnis tàm Iuris, quàm in Constitutionibus nostrorum Prædecessorum expressis mulctari volumus.

6. 7. Syn. Card. Philam. an. 1662. d. 6. ubi pœna triremi, ad quinquen.

7. Meminerint autèm omnes Constitutionum Clementis, & Vrbani VIII. in quibus contra non Sacerdotes audentes confessiones excipere ultrà Sacrilegium decernitur degradatio, & traditio brachio seculari, ut pœnis congruentibus de hoc gravissimo crimine puniantur.

7. Clem. VIII. Const. 81. Etsi alias, Urban. VIII. Const. 89. Apostolatus.

8. Cùm in Vinea hujus amplissimæ Ecclesiæ quamplurimi non desint spirituales Operarii, qui ponderi diei, & æstus ferendo præsto sunt, consonum rationi videtur, eos in gravi Sacramentales confessiones audiendi munere seligere, qui tùm doctrina, tùm ætate præstant; Sciat igitur quicumque Sacerdos sivè secularis, sivè Regularis, quod nonnisi in trigesimo anno constitutus Virorum, in trigesimo verò tertio completo utriusque sexus ad audiendas confessiones admittendus erit, ut unusquisque ad hujusmodi onus assumatur *in virum perfectum, & in mensuram ætatis plenitudinis Christi.*

8. Ex 1. Conc. Prov. Med. S. Carol. p. 2. tit. Qua pertin. ad Sacr. Pœnit. administr.

Ad Ephes. cap. 4. v. 13.

9. Omnibus, & singulis Confessariis, etiàm Parochis, prohibemus sub pœna suspensionis à Divinis ipso facto incurrenda, quoad Parochos, quo verò ad ceteros Confessarios tàm seculares, quàm Regulares inhabilitatis ad audiendas confessiones, aliisque arbitrariis pœnis, nè omninò extrà Ecclesias pœnitentium utriusque sexus, & cujusvis conditionis, & dignitatis exiterint, absque nostra licentia, præterquàm in casu infirmitatis, Sacramentales confessiones audiant, & exceptis confessionibus Sacerdotum pœnitentium, qui in Ecclesia commodè confiteri nequeunt.

9. Syn. Prov. Neapol. cap. 16. Diœc. Car. A. Caraf. p. 186. §. Cum Divina. 3. Card. Bonc. 1632. d. 4. 2. Card. Phil. 1644. decr. 1. & 1. Card. Carac. 1669 d. 2. hoc tit. Iuxtà Dec. Cong. S. Apost. Visit. pro Vrbe de mand. Vrb. VIII. sub die 20. Iulii 1625.

10. Infirmarum autèm Mulierum confessiones non audiant Confessarii, nisi aperto ostio, itaùt conspici, non autèm audiri valeant, sub pœna suspensionis ab audiendis confessionibus.

10. Iuxtà decr. præcit. Vrb. VIII. & Sac. Congr. Episc. 29. Apr. 1611.

11. Synodale Decretum aliàs emanatum de Sacræ Congregationis præscripto nùnc denuò promulgantes Confessiona-

11. Sac. Cong. Epiſc. & Reg. 21. Jun. 1620. & iuxta eiuſd. lit. ad Card. Caracc. ut in 2. Syn. Card. Carac. an. 1672. de Sacram. d. 2. & 3. eiuſd. 1676. hoc tit. d. 2. & de Eccleſ. cultu d. 10.

lia quæcumque è Sacellis, aliiſve minùs patentibus, obſcuriſvè locis in Eccleſiis etiàm Regularium, & Exemptorum, ſi quæ ſunt, penitùs amoveri, ac collocari mandamus in tali loco, undè tàm Confeſſarii, quàm pœnitentes publicè expoſiti ſingulis omnibus innoteſcant: ac confeſſiones mulierum excipiendas eſſe volumus tantùm in Confeſſionalibus, in quibus crates, ac laminę ferreæ perforatæ, Pœnitentem à Confeſſario diſtinguãt, nèc alibi; neque antè clarè diluceſcentem Auroram, aùt poſt à Solis occaſu Salutationis Angelicæ ſignum confeſſiones mulierum excipiantur, ſub pœna ſuſpenſionis ab audiendis confeſſionibus, prædicta omnia, vel ſingula, etiamſi Regulares, aùt quomodolibèt exempti fuerint, tranſgredi præſumentibus.

12. Sac. Cong. Epiſc. 1. Iulii 1606. & iuxtà decr. Vrb. VIII pro Vrbe, ut ſup. n. 9. & Conſt. Clem. X Superna. pro Reg. 1. Syn. Card. Bonc. ann. 1627. tit. de Confeſſ. audien. & 3. eiuſd. a. 1632. de Caſ. Reſerv. 1. Car. Carac. a. 1669. d. 4 hoc tit. Edict. Car. Philamar. de Caſ. Reſ.

12. Quicumque Sacerdos, qui exceperit alicujus Infirmi gravitèr ægrotantis confeſſionem, nec ſit ejus proprius Parochus, id ſtatim Parocho notificari procuret, ac vel relinquat domi penès ipſum Infirmum, vel tranſmittat ad Parochum de abſolutione impartita teſtimonium, ut cetera Sacramenta ipſi miniſtrare congruè poſſit.

13. Caveant Confeſſarii ſuis pœnitentibus prohibere, nè alios Cõfeſſarios adeant, ſuævè directionis methodum iis quomodolibèt patefaciant, minùſque affectent numeroſas pœnitentes circà ſua confeſſionalia prolixè cum eis alloquendo, ac omninò ſe abſtineant earum domos adire, etiàm prætextu ſpiritualis inſtructionis, quique contrà has prohibitiones aliquid attentare præſumpſerint, pœnis omnibus tùm juris, tùm arbitrii noſtri pro rei qualitate omnimodè ſubjacebunt.

14. Syn. Prov. Neap. c. 16. & 4. Syn. Car. Caracc. 1680. de Sacram. decr. 3. 3. Conc. Provin. Med. 3. Car. hoc tit.

14. Cum in adminiſtrando hoc Sacramento Miniſtri oſtendere ſe debeant ab omni noxiæ cupiditatis labe alienos, Nos proindè Provincialis Synodi decretis inſiſtendo ſub pœna ſuſpenſionis ab audiendis confeſſionibus ipſo facto incurrenda ibidem comminata, ſtrictè præcipimus, quod nullus ex Confeſſariis, quidquam petat, vel exigat cauſa, & intuitu confeſſionis, nec ſatisfactionis quidèm Sacramentalis nomine, aùt pro Miſſis celebrandis. Monemus etiàm, ut à ſponte dantibus recipere ſe abſtineant, nec aliquid injungant, quod in ſuum, vel ſuæ Eccleſiæ commodum vertatur, quin etiàm

tem-

Digitized by Google

tempore confessionis oblatas pro Missis celebrandis eleemosynas ad Sacristam remittant, nè justum præbeant Nobis motivum eos inhabilitandi ad confessiones audiendas.

15. Quando autèm parati sunt pœnitentes quidquam restituere, & restitutionem per ipsummet Confessarium fieri volunt, nullatenùs ipse reluctetur, sed hoc onus promptè suscipiat, id tamèn tùne sedulò curans, ut à recipientibus Syngraphan exigat postmodum Pœnitenti suo exhibēdam: at si restitutiones faciendæ sint incertis (quæ propterea pauperibus Ecclesiis, vel in alios pios usus erogari debent) nec sibimet, nec suæ Ecclesiæ, seù Conventui Confessarius ullatenùs faciendas injungat, sed pœnitentium arbitrio omninò relinquat.

16. Conferentias casuum conscientiæ sextis quibusque feriis ad Confessariorum institutionem, & praxim unicè spectantes à Prædecessoribus nostris in Ecclesia nostra Cathedrali antiquitùs institutas, quibus, & Nos frequentèr interfumus tàm à Confessariis, quàm etiàm ab iis, qui ad confessiones approbari desiderant in Ciuitate, seù Suburbiis commorātes, frequentari mandamus, & Parochos etiàm, ut interfint, hortamur. Per Diœcesim verò singulos ex præfatis ad conferentias ejusmodi in locis destinatis habendas sub pœna unius libræ ceræ albæ elaboratæ pro piis locis qualibet vice accedere paritèr ordinamus. 16. *1. Syn. Card. Bonc. ann. 1627. tit. de Parochis.* *Iuxta Edict. nostrū pro Casalibus sub die 5. Aprilis 1695*

17. Accedat Confessarius ad hoc Sacramentum ministrādum animi innocentia, magnoque animarum zelo, nullo levitatis, & curiositatis motu adductus, non personarum habita acceptione, seclusis festinationis, & impatientiæ signis, rudes instruat, vacillantes confirmet, tepentes inflammet, timidos ad spem erigat, non terrendo, nec scrupulos iniiciendo, maximè verò cautus sit in interrogandis Adolescentibus, aùt Puellis in materia impuritatis nè peccata edoceat, dùm ea studet arcere. 17. *Can. qui vult. 1. de pœnit. dist. 6.* *Caligant 26. q. 6*

18. Observent religiosissimè Confessarii confessionis sigillum, nèc directè, vel indirectè, sub quovis vel gravissimæ necessitatis prætextu signum aliquod tùm in actu confessionis, tum postea quocumque temporis decursu de auditis in confessione exhi- 18. *Cap. si Sacerdos. de off. Iud. ord. Cap. Dilectus. de Excess. Prælat. Cap. Omnitur. sex. de pœn. & rem.*

Digitized by Google

exhibeant; nec facultate sibi concessa à pœnitente utantur, nisi grùm maximi momenti res poscat.

19. *Greg.XV. Cõst.34. Vniversi, & iuxtà lit.S.Cong.Inquis.Gen. de Vrbe. 3.Octob.1626.*

19. Meminerint Confessarii pœnarum inflictarum Constitutione Gregorii XV. contra Sacerdotes solicitantes in confessione, & quod persona solicitata in confessione non est absolvenda, nisi solicitantem denunciaverit; Nosque antiquorum Canonum vestigiis inhærentes Confessarios, etiàm Parochos, qui ad impudica personam quamcumque ex sibi confitentibus, sivè in actu confessionis, sivè ante, sivè post immediatè solicitaverint ex nunc pœna excommunicationis latæ sententiæ Nobis reservatæ innodatos esse decernimus.

Cap.Omnes cum 2 seq.30.q.1. 1.Syn.Cardin.de Aquav.ann.1607.d. 22.d.Cas.res.& ex Edict.Cardin.Dec. Caraf. de Cas. res. cas.6. 1.& 3.Syn. Card.Cataec.1669 & 1676.d.Cas.reserv.

20. *7.Syn.Card. Philan.1662.d.2.*

20. Sancimus præterea prædictarum Personarum, cum quibus Confessarii utcumque, & quomodolibèt impudicè versati fuerint confessiones audire, easque sacramentalitèr absolvere minime posse sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ac suspensionis ipso facto ab audiendis confessionibus, à quibus nonnisi a Nobis absolvi, & respectivè habilitari possint.

21. *1.Syn.Card.de Aq. ubi sup.et ex edict. Card.Dec. Caraf. cas.4. absq. excom. & 1.& 3.Syn.Cardin.Caracc.b.c. nec non eiusd. 2.Syn.a. 1672.de cas.res.*

21. Eorum verò Confessariorum superiùs expressorum ad obscœna quaslibet personas frequentèr, vel ut plurimùm sibi confitentes, licèt non immediatè post confessionem, verùm occasione ex ipsa confessione accepta, inducentium, sivè solicitantium absolutionem Nobis tantummodò reservamus.

22. *Iuxtà lit.circ.Sac. Cong.uniu.Inquis. Rom.27.Septemb. 1624.*

22. Noverint pœnitentes solicitati, se teneri ad denunciãdum, etiàm si solicitationi consenserint, nullatenùs autèm tenentur proprium consensum detegere, & si detexerint, nihil de eo in denunciatione scribetur.

23. *Iuxtà Decr. Alex. VII. in Cong. gen. Inquis. die 24.Sep. 1665. in probib. propos.6.& 7.*

23. Confessarius, qui tradit in Sacramento Confessionis cartam Pœnitenti posteà legendam, in qua ad inhonesta solicitat, seù turpia pertractat, denunciandus est, & qui dictam cartam recepit non excusatur, si eidem Confessario confiteatur, quasi ipse Confessarius valeat eum non obligare ad denunciandum.

24. *Conc.Later.sub Inoc.III. rel.in cap. cum infirmitas, de pœnit.& rem.*

24. Satis provisum esset Decreto Sacri Concilii Lateranensis, & Constitutione Beati Pii V. quibus monentur tùm Medici, tùm coniuncti, & familiares Infirmorum, ut Parochum de infirmitate certiorem faciant, & ipsos Infirmos ad confessio-

Digitized by Google

ſionem inducant, ſed quia hujuſmodi ſanctiones adhuc negligenter obſervantur, Nos earum diſpoſitionibus inhærentes, ac poſtremas Sacræ Congregationis literas exequentes, Medicos omnes, ac ſingulos monemus, eiſque ſub ultionis Divinæ comminatione præcipimus, ut ad Infirmos in lecto jacentes vocati ipſos antè omnia moneant, ut peccata ſua confiteantur; quod ſi poſt tres dies à viſitatione, juxtà terminos Bullæ Beati Pii non curaverint certò ſcire, nùm prædicti Infirmi peccata ſua idoneo Confeſſario confeſſi jàm fuerint, non tantùm hujus trāſgreſſionis abſolutionem noſtro judicio reſervamus, quin etiàm eos pœnis omnibus prædictarum diſpoſitionum ſubjacere decernimus: Nè autèm ſub ignorantiæ prætextu ſe quis excuſare inpoſterùm audeat, Synodalem ejuſmodi ſanctionem, ſicùt etiàm præceptum de annua confeſſione quotannis in quadrageſima ab univerſis Civitatis hujus, & Diœceſis Parochis intrà Miſſarum ſolemnia publicari mandamus.

B. Pius V. Conſt. 3. Supra gregē, cuius executio commēdata fuit ab Innoc. XI. cum lit. S. Cong. Epiſc. 30. Septemb. 1682. 3. Synod. Card. Caracc. ann. 1676. hoc tit. n. 3.

C. Omnis utriuſq. ſex. de pœn. & rem. & ex cit. lit. de mand. Innoc. XI.

25. Admonebunt Parochi Populum ſuæ curæ commiſſum de præcepto ſaltèm ſemèl per annum confitendi, vimque hujus Sacramenti declarent, & ipſius partes, potiſſimùm verò contritionis, & attritionis naturam, & diſtinctionem, firmique non relabendi animi requiſitum edoceant, ut fideles accedant inſtructi ad hoc Sacramentum, ad quod ſæpiùs frequentandum ſedulò adhortentur, præcipuè dum ſe læthalis culpæ vulnere perſtrictos noverint.

25.

Cap. cit. omn. utr. ſex. Trid. ſeſſ. 14. de Pœnit. c. 5. C. Porrò. C. facilius. C. quis aliquando. C. quem pœnitet. de Pœnit. diſt. 1.

De Caſibus Reſervatis.

CAPVT VI.

1. QVoniàm ad cōtinēdā Chriſtiani Populi diſciplinam SS. Patribus noſtris perātiquū Eccleſiæ morē, tāquā Divinæ auctoritati cōſonū, proſequentibus viſum fuit, ut atrociora quædam, & graviora delicta, non à quibuſvis, ſed à ſummis dūtaxàt Sacerdotibus abſolverētur. Nos igitùr criminū enormitati ſalubriùs occurrētes ex ea, qua reliquis inferioribus Presbyteris auctoritate præſtamus, infraſcriptos caſus cum annexis reſpe-

1.

Trid. ſeſſ. 14. cap. 7 & can. 11. Extr. ſuper cathedram. de ſepult. Extr. de Priv. c. Inter cunctas.

Digitized by Google

ſpectivè cenſuris ità noſtro iudicio reſervamus, ut nemini è ſæcularibus, ſivè Regularibus Cõfeſſaris tàm approbatis, quàm approbandis, etiàm Parochis, ab iis quempiam abſolvere liceat abſque noſtra, vel noſtri Generalis Vicarii licentia, excepto mortis articulo, juxtà Sacrorum Canonum diſpoſitionem.

Caſus Reſervati, quibus eſt annexa Excommunicatio ipſo facto.

I.

2. Omnes perſonæ, quæ, vel per ſe, vel per alium de Sanctiſſimo Altaris Sacramento, Chriſmate, Oleo Sancto, ſivè quacumque alia re conſecrata ad Veneficia, Divinationes, Sortilegia, aùt ad alium uſum, quàm fuerint ordinata quomodolibèt abutantur: Quiuè de prædictis ad prædictos fines aliquid alicui dederint, aùt datum acceperint, etiàm abuſu minimè ſubſecuto.

2. Syn. Prov. Neapol. c. 17. Syn. Card. Al. Caraſe 1565. 1. Cardin. de Aquav. 1607. & 1. & 3. Card. Carac. ann. 1669. & 1676. Et ex edict. Cardin. de Aret. An. de Cap. et Card. Dec. Caraf. hoc tit.

II.

3. Omnes utriuſque ſexus perſonæ, quæ Dæmoni ſpondẽt obſequium, thus, & Sacrificia offerunt, quamvis abſque errore intellectus. Inſuper quæcumque ſivè ſuo, ſivè alterius nomine condunt, aùt condere faciunt Imagines, anulos, aùt quodvis aliud arte factum, in quo Dæmonem conſtringant.

3. Syn. Card. de Aqua viv. & Carac. ll. cc. et ex Edict. Card. Dec. Caraſe.

III.

4. Venefici, & Veneficæ omnes, Necromantes, Divinatores, Sortilegi, Lamiæ, Striges, ſivè quovis alio nomine nuncupentur ex utroque ſexu, qui cum expreſſa Demonis invocatione ad captandam dilectionem, vel odium concitandum, ſivè ad inveniendos Theſauros, aùt ad alium finem, utuntur incantationibus, aliiſque maleficiis, ſivè etiàm ligaturis à naturali, & legitimo matrimonii uſu Conjuges avertunt: ac, ſcientèr, in præfatis cooperantes, aùt quovis modo conſentientes.

4. Syn. Prov. Neap. et Syn. Card. A. Caraf. Aquav. et Caracc. et ex Edict. Card. de Aret. et Dec. Caraſe.

IV.

5. Qui ad Monaſteria Monialium, licèt exempta, abſque noſtra, vel noſtri Vicarii licentia accedere præſumpſerint ad colloquendum cum aliqua, vel aliquibus earum, etiàm ſi ſit Novitia, aùt Converſa, aùt quæ educationis, ſivè alterius rei cau-

5. Syn. Card. de Aqu. et Caracc. l. c. et ex Edict. An. de Cap. Card. Dec. Caraſa, et Card. Philamar. hoc tit.

Digitized by Google

causa ibidèm commoretur (conjunctis in primo, vel secundo cōsanguinitatis gradu dumtaxàt exceptis.) Declarantes, quod qui facultatem obtinuerit colloquendi cum aliqua prædictarum, non possit data opera, & ex professo cum aliis colloqui.

Insuper ii præsertim, qui cum aliqua ex prædictis, aùt coràm ipsis ausi fuerint de rebus obscœnis per verba, aùt actus impudicos præsentes agere, absentes verò per literas, aùt internuncios: Necnon Viri, & Mulieres sivè intrà, sivè extrà Monasterii Claustra degentes, qui prædictas literas, vel mandata detulerint.

V.

6. Omnes in causa criminali, aùt civili cum gravi damno alterius falsum deponentes, aùt deponendum curantes: sivè cum damno præfato falsificantes, corrumpentes, falsò, aùt, quæ falsum continent, conficientes Apochas, Syngraphas, vulgò *Fedi di credito, ò Polize notate in fede*, sivè Instrumenta, Processus, aùt Scripturas publicas, & authenticas: aùt scientèr his utentes, necnon mandantes, aùt cooperantes.

6. *Syn. Prov. & Syn. Card. Al. Carafæ, Aquav. & Caract. ll. cc. & ex Edict. Cardin. de Aretio, An. de Cap. Cardin. D. Carafæ, & Philam.*

Similitèr constituentes, aùt consulentes Ordinandorum Patrimonia falsa, ficta, fiduciaria, aùt quovis modo fraudulenta etiàm ad primam Tonsuram præsentanda; aùt in his quomodolibèt concurrentes, sivè cooperantes; Cum Clerici ea exhibentes pœnam etiàm suspensionis ab Ordinibus ipso facto incurrant, quam Nullus, nisi Nos personalitèr, constituto reali patrimonio, & causa discussa, eis valeat relaxare.

Ex Edicto Instr. Ordinan. Card. Carac. 29. Iun. 1680.

3. Syn. Card. Carac. ann. 1676. de Sac. Ord. n. 2.

Præter hos Actuarii, Subactuarii, Notarii, Scribæ, qui cum alterius Partis offensione, aùt cum Reipublicæ detrimento dolosè auctam, vel diminutam informationem capiunt, & sic dicta Testium scribunt; ac Nuncii, Cursores, aùt aliàs nuncupati, qui in grave Tertii præjudicium falsum in Actis referūt.

VI.

7. Confessarii omnes, etiàm Parochi, ad inhonesta personam quamcumque ex sibi confitentibus, sivè in actu confessionis, sivè antè, vel post immediatè solicitantes.

7. *Syn. Card. de Aqua viv. & Carac. l. c. n. 1. Ex Edict. cit. Card. D. Carafæ.*

VII.

8. Qui contrà dispositionem Sacrorum Canonum Clericos,

Digitized by Google

8. *Syn. Card. Bonc. an.1627. & 1632. 2. Card. Philamar. 1644. 1. et 4. Card. Caracc. 1669. & 1680.*

cos, quos noverint, ad forum seculare traxerint, etiàm consentiente Reo: extrà casus hac in re tùm in Bulla Cœnæ Domini, tùm in Martini V. Constitutione *Ad reprimendas*, Summo Pontifici reservatos.

VIII.

Bulla Cœnæ Domini Can. 15. Martini V. Const. 10. Ad reprimēdas.

9. Homicidia, mutilationesque membrorum in ipsis Ecclesiis, Cœmeteriis, aut Sacristiis patrantes.

IX.

9. *1. et 3. Syn. Card. Caracc. ll. cc.*

10. *2. Syn. Card. Phil. a. 1644. de Monial. d. 3. et 1. et 3. Cardin. Caracc. ll. cc.*

10. Omnes cujusvis Religionis fœminæ Bizochę dictæ deferentes, quod vulgus vocat Subcannum instàr Monialium in Monasteriis degentium.

X.

11. *2. Syn. Card. Phil. cit. de lib. impr. d. 2 et eiusd. 7. Syn. an. 1662. d. 4. 1. et 3. Syn. cit. Card. Caracc.*

11. Cujusvis cōditionis personæ, quæ libros in Civitatem introductos tradunt, aùt traditos recipiūt, sivè etiàm de eadem Civitate extrahunt, priusquàm à Deputatis fuerint recogniti. Similitèr Bibliopolæ, qui Bibliothecas emunt, non exhibito priùs prædictis Deputatis emptorum librorum catalogo. Trāsgressores autèm, etiàm de nostra licentia, nunquàm absolvantur, quoadusque libros sine prædictis requisitis introductos, aùt emptos recognitioni non subiecerint.

XI.

12. *3. Syn. Card. Caracc. ann. 1676. cit. tit. et tit. de Sacr. Euch. d. 2.*

12. Qui in Paschate non communicantes ab aliis dolosè accipiunt schedulas, seù cartulas, quæ eo tempore distribui solent in Metropolitana, vel in Parochiis, ut fidem Parocho exhibeant de peracta communione. Itèm illi, qui easdem non communicantibus quomodocumque accommodāt in fraudem.

XII.

13. *4. Syn. Card. Caracc. an. 1680. tit. de Iud. et Crim. falsi d. 3.*

13. Falsarii monetarum, videlicèt ii, qui monetas quomodocumque vitiant, nimirùm, vel eas diminuendo, vel fundendo, aùt imprimendo cum deteriori liga, aùt sine legitimo Principis Sigillo.

XIII.

14. *Syn. Card. Bonc. a. 1627. et 1632. 1. Syn. Card. Carac. an. 1669. tit. de Matrim. n. 6.*

14. Sponsi, & Sponsæ post contracta sponsalia, & antè matrimonium legitimè celebratum carnalem inter se copulam habentes: necnon Parentes, consanguinei, aùt affines omnes, ac singuli eandem carnalem copulam, vel Sponsorum cohabitationem, & pernoctationem permittentes. Ca-

Digitized by Google

Casus Reservati, quibus non est annexa Excommunicatio.

I.

15. Blasphemantes Deum, vel Beatam Virginem ex perversa consuetudine coràm pluribus suprà quatuor.

15. *Syn. Prov. Neap. l. 6. et Syn. Card. A. Car. et Card. Caracc. ll. cc. Edict. Card. de Aret. An. de Cap. et Cardin. Dec. Car.*

II.

16. Exercentes peccatum sodomiæ, vel cum Brutis coeuntes: Ità tamèn, ut in his, & sequentibus luxuriæ casibus tantùm masculi comprehendantur.

16. *1. Syn. Card. de Aquav. aliaq. ut n. 1*

III.

17. Incestuosi in primo, vel secundo gradu consanguinitatis, aùt affinitatis.

17. *Ut supra.*

IV.

18. Confessarii omnes, etiàm Curati, ad obscœna quaslibet personas sibi ut plurimùm confitentes, licèt non immediatè post confessionem, verùm occasione ex ipsa confessione accepta inducentes, seù solicitantes.

18. *Syn. Prov. cap. 17. aliaque, ut sup.*

V.

19. Medici, qui visitantes in lecto infirmos post tres dies à visitatione non curaverint certò scire, nùm prædicti Infirmi peccata sua idoneo Confessario confessi jàm fuerint, secundùm terminos Bullæ Beati Pii V.

19. *Ut supra. B. Pius V. Const. 3. Supra gregem.*

VI.

20. Debitores quorumlibet piorum locorum, sivè eorundem debitorum administratores, si intrà mensem, etiàm extraiudicialitèr requisiti à Rectoribus, Procuratoribus, seù Administratoribus dictorum locorum redditus, & census non solverint.

20. *Syn. Card. Boncöp. a. 1627. et 1. Card. Dec. Caraf. a. 1619 d. 11. et Carac. ll. cc*

VII.

21. Non absolvantur concubinarii, nisi facta reali separatione, & tori, & domus per duos se menses continuerint: vel nisi certò, aùt valdè probabilitèr constet factos physicè, vel moralitèr impotentes ad recidendum, aut paulò post esse inter se matrimonium contracturos.

21. *Cit. Syn. Card. Boncomp. et alia ejusd. a. 1632. de cas. res. 2. Card. Philam. de Sac. Pœnit. d. 3. a. 1644. Caracc. ll. cc.*

VIII.

22. Conficientes venena in hominum perniciem: Eadem

22. *Syn. Card. Boncöp. a. 1627. et 1632. et Card. Caracc. ll. c.*

Digitized by Google

confecta apponentes: sivè ad hoc quomodolibèt cooperantes, etiàm non secuto effectu.

23. Ex facultate Sac. Cong. Concil. 20. Martii 1694. et iuxtà 3. Syn. Card. Caracc. a. 1676. de Sac. Euch. d. 1. quo. ad reserv.

23. Qui verò à Dominica Palmarum usque ad diem Ascensionis Domini inclusivè Paschalis Communionis Præcepto in Cathedrali, vel propria Parochia non satisfecerint, Interdicti pœnam ex *Cap. Omnis utriusque sexus, de pœn. & rem.* ipso facto incurrant, à Nobis, sivè facultatem à reservatis absolvendi à Nobis, sivè Vicario nostro habentibus tantummodò relaxandam.

24. Syn. Card. de Aqua viv. et Caracc. ll. cc. et Edict. Card. Decii Carafæ.

24 Declaramus, prædictis omnibus exceptis, Parochos, omnesq; alios Cõfessarios, tàm seculares, quàm Regulares à Nobis, vel à Vicario nostro Generali approbatos, sivè approbandos, audita integra confessione, absolvere posse ab omnibus aliis censuris, quæ per Edicta, aùt Synodales Constitutiones, aùt demùm ex consuetudine, tantùm Nobis, vel Ordinario loci, sivè Archiepiscopo Neapolitano quovis modo reservantur, quamvis specialem requirerent facultatem.

25. Syn. Cardin. de Aquav. et Caracc. ll. cc. et 3. Card. Phil. a. 1646. d. 16.

25. Prætereà declaramus, si cui in posterùm à Nobis concedetur facultas absolvendi ab omnibus censuris, & casibus Nobis reservatis, à collocutione cum Monialibus, sivè aliis, ut suprà in Monasterio degentibus de rebus obscœnis, aliisque, ut dictum est, actibus impudicis, nunquàm intelligi concessam, nisi facta fuerit expressa mentio de ea.

26. Syn. Prov. Neap. l. c. Card. A. f. Carafæ, Aquav. Caracc. ll. cc. Edict. An. de Cap. et Card. Dec. Carafæ.

26. Denique ante decimumquartum ætatis annum completum neminem censuris hisce, & casibus comprehendi volumus.

27. 2. Syn. Card. Philam. ann. 1644. de Sac. Pœnit. d. 2. & 3. eiusd. 1646. d. 16 Syn. 1. Card. Caracc. ann. 1669. hoc tit. d. 4.

27. Facultates omnes absolvendi à casibus, sivè censuris reservatis à Prædecessoribus nostris, aliisve Officialibus quomodolibèt, à Nobis autèm oretenùs tantùm ad tempus nondùm elapsum, vel ad nostrum beneplacitum concessas tenore præsentium revocamus. Non tamèn intendimus in his ullatenùs comprehendi Pœnitentiarios à Nobis in Ecclesia nostra Cathedrali peculiaritèr constitutos, eisque concessam facultatem per quamcumque dictorum casuum, vel censurarum, ac reservationum extẽsionem, aùt explicationem, aùt àdditionem restringere, ac aliquatenùs limitare: nec etiàm revocare intendimus facul-

Digitized by Google

cultatem Parochis quoad certos casus, sivè aliis Confessariis circà tres tantùm determinatos in eorum Pagellis approbationum concessos.

28. Nullus ex Confessariis, quibus quomodolibet concessum fuerit à reservatis absolvere (etiàm Cathedralis Ecclesiæ nostræ Pœnitentiarii, & adhùc Pœnitentiariæ præbendam obtinens, qui de speciali Sacræ Congregationis Concilii declaratione, nonnisi casus à Nobis ipsimet concessos absolvere potest) subdelegare valeat alium quemcumque Confessarium, nèc etiàm ad unum tantùm reservatum, sivè ad nudum ministeriũ: declarantes hanc illis authoritatem eis expressè, ac penitùs interdici; itaùt in contrarium agentes perindè se habeant, ut si respectivè ad tales casus, vel censuras reservatas absolvendas deputati non fuerint. 28. *Quoad Pœnit. præbend. Sac. Cong. Conc. 17 Iun. 1597. et in Consentin. 2. Maii 1648. sic etiam Rot. Rom. in Neap. Pœnitentiariæ 5. Iun. 1637. coram Merlino. 3. Syn. Card. Philam. a. 1646. d. 16. et 1. Card. Caracc. ann. 1669. hoc tit. n. 3.*

29. Noscant postremò Confessarii omnes, ac singuli etiàm nostræ Cathedralis Pœnitentiarii præfati de speciali nostra voluntate ipsis non licere in vim facultatis, quam obtinẽt, quempiam à censuris absolvere, nisi audita integra confessione, eundem sacramentalitèr etiam à peccatis absolvant, quinimò nec posse tantùm à reservatis absolvere, sivè reservationem auferre, non reservatorum absolutionem remittendo ad simplicem Confessarium: quod si secus egerint ex nunc absolutionis præstitæ beneficium, sivè reservationis ablationem irritam, & illicitam declaramus. 29. *1. Syn. cit. Cardin. Caracc. de Pœnit. d. 3.*

De Sacramento Extremæ Vnctionis.

CAPVT VII.

1. CUM pretiosa sit in conspectu Domini mors Iustorum, Redemptor Noster, qui in finem dilexit suos, finem quoque universæ carnis in Agone periclitantis Extremæ Vnctionis Balsamo roborare, atque imminentis mortis mœrorem oleo lætitiæ præ consortibus suis in spem æterni gaudii mox elargiendi convertere dignatus est, ut cuncti Fideles corporum exuvias alacritèr deponentes, ac virtute tanti Sacramen- *Psalm. 115. v. 15. Ioan. cap. 13. v. 1. Psalm. 44. v. 8.*

Digitized by Google

menti à peccatorum reliquiis mundati consequi valeant coronam iustitiæ, quam Deus retribuit diligentibus se, de cuius munere venit, quod Divina ad Sacramentalem, & finalem gratiam lucrandam institutione à S. Iacobo Apostolo commendata, Sacerdotes ungentes oleo in nomine Domini orent super Infirmum, iuxtà Ecclesiastici Ritus observantiam, quam sedulò injungimus.

2. ad Timoth. c. 4. v. 8.

Iacob. cap. 5. v. 14.

Trid. sess. 14. de hoc Sacram. cap. 1. et seq. et can. 1.

2. Custodiatur hoc Sanctum Oleum in vase argenteo in ipsa Ecclesia propè Altare Majus à cornu Evangelii in loco visibili decentèr ornato, & interiùs serico tegumento circumamicto, sera clauso, & cum ea super Ostiolum inscriptione: SACRA OLEA: Clavis autèm apud Parochum, & sub eius custodia diligenti semper remaneat.

2. Cap. 1. de Cust. Euch. Chrism. etc. Rit. Rom. l. inf. citan. Concil. Ravenn. 2. sub Clem. V. c. 7. 4. Syn. Card. Caracc. an. 1680. tit. de Sacram. d. 4.

3. Pro illo deferendo ad Infirmos adsit aliud Vasculum paritèr argenteum intrà thecam, seù bursam sericam violacei coloris cum gossipio ad prõptum Sacramenti usum, quę theca longiores cordulas habeat, ut commodè possit à deferentis collo pendere, si aliquando contingat simùl cum Sanctissima Eucharistia ad Infirmos deferri ob imminens periculum proximæ mortis, parteſque gossipii, quo in Sacramento ministrando absterſæ sunt partes inunctæ in Infirmo, caveant Parochi, nè remaneant apud ipsum infirmum, sed ipsi eas recollectas secùm deferant comburendas, iuxtà Ritualis Romani Regulas.

3. Rit. Rom. hoc tit. §. habeat, & in ordine ministrandi §. deindè.

4. Renovetur istud Sanctum Oleum singulis annis, veteri per ignem consumpto, cineribus in Sacrario recõditis, quod fiet primis statim diebus à novi consecratione.

4. Can. literis. de consec. dist. 3. Can. Si quis de alio dist. 4. eod. tit. Rit. Rom. l. c. Sac. Rit. Congr. 7. Septemb. 1601.

5. Prohibemus tàm istud, quàm ullum aliud Sacrum Oleum recipi ab alienis Episcopis, sub pœna suspensionis ipso facto incurrenda, nèc Parochus Sacerdotibus alienæ Parœciæ illud impertiatur.

5. Can. Presbyteri 4. dist. 95. ex Cõc. Carthag. 4. c. 36. Canon. Presbyteri 123. de consec. dist. 4.

6. Non tradantur Sacra Olea, nisi Parochis, seù Sacristis earum Ecclesiarum, in quibus debent asservari; hoc autèm Oleum Infirmorum pro Monasteriis Monialium non detur, nisi earum Cõfessarijs, seù Sacristis, & Regulares, quibus in suorum dumtaxàt usum habere permittitur, nèc Clerico, nèc laico, qui non sit de eorum numero præsumant illud ministrare, sub pœna

6. Cit. Can. Presbyteri 4. dist. 95. & alio. C. Presbyteri. & C. Omni tẽpore dist. 4. Syn. Marii Caraf. a. 1567. pag. 8.

Clemens. in. de Privil. c. 1. Leo X. in Conc. Later. sess. 11. & Constit. 4. Dum intra, Greg. XV. Const. 18. Incrustabili.

Digitized by Google

ne excommunicationis ipso facto incurrendæ, & Sedi Apostolicæ reservatę.

7. Illius, ad quem pertinet Sacrorum Oleorum distributio in nostra Cathedrali, cura sit quotannis nomina sumentium cum die, mense, & anno in libro ad id benè compacto describere. 7. 2. Conc. Prov. Med. S. Car. tit. 1. decr. 9.

8. Deferatur ad Infirmos à Parocho, & in casu necessitatis nonnisi à constituto in Sacro Ordine. 8. Rit. Rom. in rubr. cit. § Si autem.

9. Administretur hoc Sacramentum cum superpelliceo, & Stola, nullusque non Parochus, nisi de Parochi mandato audeat illud administrare, sub pœnis nostro arbitrio infligendis, nisi in casu extremæ necessitatis, quo quivis Sacerdos non excommunicatus, aùt suspensus poterit, præsumpto consensu Parochi administrare: nemo tamèn non Sacerdos etiàm quacumque necessitate suadente, potest hoc impartiri Sacramentum, cuius Minister est solus Sacerdos, iuxtà declarationem Sacri Concilii Tridentini. 9. Rit. Roman. in ord. min. Extr. Vnct. Conc. Later. 3. p. 50 c. 22. Conc. Floren. in decr. Eugen. & eiusd. Const. 19. Exultate. Trident. sess. 14. ubi sup. et can. 4.

10. Diligentissima cautione curare debent Parochi, nè ullus quocumque tempore, aùt loco absque hoc Sacramento decedat, ac ideò nullo prætextu visitationem negligant Infirmorum, præsertìm periculosè decumbentium, sed quacumque hora vocati fuerint, imò non vocati, statim ac eis infirmitas innotuerit, quam pro pastorali erga Oves affectu scire tenentur, parati sint ad eos accedere, & non negligant accedere: Si autèm ipsorum Parochorum culpa, aùt negligentia mors alicuius acciderit, quod absit, sine hoc Sacramento, se ultrà pœnas in Sacris Canonibus contentas, à Nobis quoque severè puniendos intelligant. 11. Rit. Rom. ubi sup. in ord. minist. hoc Sacram.

11. Parochus Sacra Vnctione Infirmum muniturus multiplicem utilitatem, & virtutem tàm salutaris Sacramenti accuratè, & cum charitate explicet, moneatque de præparatione animi ad illud suscipiendum, prævio scilicet Pœnitentiæ Sacramento. Catechism. Rom. p. 2. cap. 6. n. 12.

12. Curet etiàm Parochus, ut hoc Sacramentum opportunè recipiatur ab Infirmis, cum scilicèt mens, & ratio viget, ac proindè cùm morbum agnoverit ad periculum ingravescere, illos hortetur, ut vehementèr optent hoc Sacramento muni- 12. Catech. Rom. l. c. n. 9. Rit. Roman. in rubr. Syn. Prov. Neap. c. 18. 1. Conc. Med. S. Car. p. 2. hoc tit. Eugen. IV. in Cõc. Flor. ubi sup. Trid. sess. 14. cit. cap. 2.

ri,

Digitized by Google

ri, maximè cum illud non animę solùm, sed etiàm corporis interdùm, ut fuerit expediens, conferat ad salutem.

13. *Rit. Rom. loc. cit. in rubr. §. infirmis autem, et §. quod si dubitet.*

13. Si aliquando Infirmum sensibus quidem destitutum, sèd viventem Parochus compererit, obsèrvet omninò quod in Rubrica Ritualis Romani præscribitur.

14. *1. Syn. Card. Carac. an. 1669. et 3. eius. an. 1676. hoc tit.*

14. Semperàc Parochi deferunt ad Infirmos Sacrosanctum Viaticum (dum periculum est in mora) sacræ Vnctionis paritèr Oleum, modo, quo supra ediximus, Vasculoque & bursa reconditum asportare non negligant, ut illud exigente necessitate non desit, nèc in eum temporis articulum differatur, in quo Infirmus sensibus carens nequeat ad copiosiùs recipiendam Sacramenti virtutem quo decentiùs præparari.

15. *Eugen. IV. in Concil. Florentin. ubi sup. Trid. l. c. cap. 3. 1. Syn. Car. Carac. a. 1669. & 3. eius. a. 1676. hoc tit.*

15. Quemadmodùm nèc ab Infirmis differri, nec à Parochis retardari monuimus, sic prorsùs ab Ecclesiastica Regula cernimus alienum, quod Sacramentum Vnctionis nullo quandoque urgente periculo conferatur, quod juxtà Florentinæ Synodi sanctionem non nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari debet; Quaproptèr, caveant Parochi, nè ad declinandum reiteratum incommodum semper post Sacrosanctum Viaticum extremam Vnctionem immediatè conferant, sed tempus opportunum superiùs præscriptum præstolari debent.

16. *Rit. Rom. in rubr. cit. §. debet, cum seq. Can. illud superfluum dist. 95. Rit. Roman. loc. cit. §. Impœnitentibus.*

16. Iis, qui rationis usum habent saltèm per intervalla, quique, etsi nondùm communicant, sunt tamèn judicio prudentum capaces culpæ læthalis, hoc Sacramentum est administrandum: Excluduntur autèm impœnitentes, & qui in manifesto peccato mortali, aùt in excommunicatione decedunt.

17. Servent Parochi accuratissimè in hoc Sacramento administrando cæremonias, ac Ritus à Rituali Romano præscriptos, quæque in eo in cæteris ordinantur.

18. *Syn. Prov. Neap. l. c. 3. Syn. Card. Caracc. vbi sup. Rit. Rom. in tit. de Visit. et cura infirmorum, et in Ord. Cõmend. animæ.*

18. Nullatenùs existimet Parochus hoc Sacramento administrato suo satisfactum officio; ideòque caveat, nè infirmum deserat, sed ei in extremis laboranti præsto sit, ut in tanti periculi pleno agone luctantis spiritum, virtutemque confirmet, eundem reiteratis contritionis actibus, piisque precibus, ac orationibus, quas iaculatorias vocant, affectus amoris Dei, doloris, contritionis, sanctæque spei excitantibus assiduè, & tempe-

stivè

Digitized by Google

sivè adjuvando, & ut hoc munus gravissimi momenti summa, qua par est, diligentia, expleat, opportunè advocet in auxilium tanti operis Sacerdotes Operarios, proùt præscriptum est in titulo de Sacramentis in genere.

De Sacramento Ordinis.

CAPVT VIII.

1. SEptiformis gratiæ Donum à septenaria Sacrorum Ordinum Hierarchica dignitate suscipere, ac retinere dignus est, qui diuturno suæ vocationis examine, seclusis quibuscumque seculi respectibus, regulisque, & temporum discrimine ad Sacrorum Canonum mentem ritè servatis, Clericali militiæ nomen dare quærat, ea animi moderatione, ut nec morę impatiens, nec repulsæ pertesus tanquàm Ovis coràm tondente obmutescens, se sistat coràm suo, non alieni Gregis Episcopo, qui, juxtà monitum Apostoli, citò manus imponere reformidans, animo revolvat exemplum undecim Apostolorum, qui licèt fideles Redemptoris Assectæ, & Sanctitate præditi nonnisi per sortem à Deo dirigendam duodecimum Senatus Apostolici locum supplere voluerunt. Qua in re gravissimi momenti nostris, & auxiliaribus commissi Populi precibus Deum enixè precamur, ut bonam mentem, ac propositi tenacem concedere dignetur, per quam nullis humanis favoribus moti, sed tantùm Deum præ oculis habentes, nonnisi pro congrua universæ Diœcesis indigentia novos Ecclesiæ milites decorem, & fortitudinè induentes in cingulum spiritualis militiæ, & sortem Domini adsciscere satagamus, ut non minùs legibus infrà præscribendis, quàm exemplo fidelis mysteriorum Dei dispensatoris munere fungamur.

Isaiæ cap. 53. v. 7. Can. illud cum 2. seqq. dist. 71.

1. ad Timoth. 5. v. 22.

Actor. cap. 1. v. 26.

S. Greg. Pap. lib. 3. ep. 12.

1. ad Corinth. cap. 4. v. 12.

2. Promovendorum ad primam Tonsuram, & Minores Ordines examinetur exactè qualis sit vocatio ad statum Ecclesiasticum, an scilicèt ex impulsu Divini Spiritus, vel potiùs aliqua humana ratione, seù respectu, vi, aùt stimulo Parentum, sivè ulla cupiditate ortum habeat, ut ii solùm seligantur, qui vocati sunt à Deo tanquàm Aaron.

2.

Cap. fin. de Temp. Ord. in 6. Trident. sess. 23. de Ref. c. 4.

Digitized by Google

3. Conc. Carthag. 4. Can. 22. Can. Nullus. Can. Quãdo. Can. Episcopus fine. dist. 24. Trid. sess. 23. c. 7. Synod. Prov. Neap. c. 19.

3. Requisita Promovendorum, tàm ad primam Tonsuram, quàm ad Ordines Minores, sivè Sacros, recognoscantur, & discutiantur omnimoda diligentiâ à Deputatis Congregationis Ordinandorum, Nobisque referantur in Congregatione habendâ antè generales Ordinationes, utque ipsi Deputati valeant plenè suo muneri satisfacere, exhibeantur eis dicta requisita saltèm duobus mensibus statutum Ordinationis diem præcedentibus, nèc alitèr recipiantur.

4. Ex ea, quam edidit Card. Caracc. 29. Iun. 1680.

4. Quæ autèm, & qualia requisita afferenda erunt à quolibet promovendo, sine quibus nec ad Ordines, nec ad examen ullus admittatur, edicimus distinctè in Instructione in fine præsentis Synodi inserenda.

5. Can. Sicut Episcopum. & Can. Pueri. C. de Ordinationibus. C. Quibusdam. Can. Estote. 1 q. 1. Extrav. Cum detestabile, §. statuentes. de Simonia. Trid. sess. 21. de Ref. c. 1. Syn. Provinc. Neap. l. cit. 2. Syn. Card. Dec. Caraf. a. 1622. d. 9

5. Tàm iidem Deputati, quàm Examinatores advocandi pro recognoscenda habilitate Promovendorum quoad doctrinam, sint in Domino moniti, quod quocumque humano respectu posthabito, sivè necessitudinis, sivè amicitiæ, sivè commendationum, solius Dei honorem, dignamque Ministrorum suorũ assumptionem præ oculis habeant, iique magis caveant, nè officiorum suorum respectivè intuitu, vel antè, vel post discussionem, aùt admissionem requisitorum, sivè ipsum examen, aliquid à promovendis directè, vel indirectè recipiant, sub pœna suspensionis à Divinis, in quam, tàm ipsos recipientes, quàm etiàm dantes, ultrà (quod absit) simoniacæ labis pœnas, incurrere volumus.

6. Ex literis S. Cong. Episc. de mandato Innoc. XI. 9. Oct. 1682. ad Cardin. Caracc. Vt alias pro Vrbe ex Cõst. 126. Alex. VII. Apostolica.

6. Nullus absque ullo delectu, aùt exceptione personarum admittetur ad Sacros Ordines, nisi peractis per decem dies exercitiis spiritualibus in Domo Sacerdotum Missionis.

7. Con. Rom. sub Silvestro c. 3. & 11. Trid. sess. 23. c. 5. 11. 13. & 14. 3. Syn. Card. Caracc. ann. 1676. d. 1. hoc tit.

7. Sciant etiàm omnes Ordinandi ad quoscumque Ordines, quod non promovebuntur, nisi degentes in hac Civitate docuerint de servitio præstito diebus festivis in Ecclesiis, quibus sunt adscripti, de frequentia Sacramentorum, & cæremoniarum Ecclesiasticarum exercitio in dicta Domo Sacerdotum Missionis statutis diebus cujuslibèt hebdomadæ addiscendo, de exercitio Doctrinæ Christianæ, & de frequentatione scholarum. Degentes autèm in Casalibus, nisi paritèr docuerint de frequentia Sacramentorum, de exercitio Doctrinæ Christianæ, de servitio

Ec-

Digitized by Google

Ecclesiæ, de frequentatione scholarum, & de earum præsentia semèl in mense in exercitationibus in dicta Domo Sacerdotum Missionis peragendis, juxtà Edicta à Nobis promulgata.

Sub tit. de Vita, et hon. Cleric. die 25 Ian. 1692.

8. Promovendi ad Sacros Ordines studio Philosophiæ, & Theologiæ tàm Scholasticæ, quàm Moralis, operam dare debent tantùm in publicis Gymnasiis, & ab eorum Præfectis authenticum referant documentum pro expletione debiti requisiti, nèc ullatenùs admittenda erit fides studiorum, quæ circà præfatas facultates peracta fuerint in Domibus privatis, etiàm Professorum, qui publicè edocent, ut præscripsimus in Edicto.

8. *Iuxta Conc. Colonienſe 1. an. 1536. p. 12. c. 1. & Colon. 2. a. 1549. tit. Quo ad inſtituendã inveniutur §. 2. Paſſim. Vt in Edicto promulgato ſub die 5. Ianuar. 1693*

9. Omnes autèm, ad quos prædictorum requisitorum attestationes facere spectat, maximè Parochi, quibus hæc cura præcipuè incumbit, quàm fidelis præsertim in re sanctitatis plena testimoniorum fides esse debeat, sedulò meminerint, omnemque gratificandi affectum posthabentes eas denegent immeritis, pœnis arbitrio nostro, si quid ementiti fuerint, severè afficiendi, Deo graviores repensuri.

9. *Ad Trid. cit. ſeſſ. 23. c. 5. 2. Synod. Card. Carac. 1672 tit. de Paroch. n. 1.*

10. Omninò arcebuntur ab Ordinatione quicumque cujuslibèt qualitatis, & cõditionis, qui, vel comam adscititiam detulerint, vel in habitu parùm decenti, & ad formam laici tegumenti modo exotico, & vanitatem præseferente accommodato incesserint, ut sancietur infrà in titulo de vita, & honestate Clericorum.

10. *5. Conc. Provinc. Med. S. Car. p. 3. tit. de exam. ord. §. Si quis.*

11. Non promovebitur aliquis ad Ordines, nisi possideat pacificè Beneficium annui redditus ducatorum triginta sex, juxtà antiquam hujus Ecclesiæ praxim à Prædecessoribus nostris approbatam; Si verò ad Patrimonii titulum gravibus de causis respicientibus utilitatem, vel necessitatem Ecclesiæ Nobis interdùm visum fuerit Ordinandos assumere, nisi Patrimonium ipsum sit ejusdem annui redditus, non litibus obnoxium, sivè alicui oneri, æri alieno, hypothecæ, vel cuilibet suppositum, adeoùt potiori jure ab aliquo repeti, vel evinci valeat: quæ omnia authenticis documentis plenè justificari volumus, ut in enũciata Instructione præscribitur.

11. *Can. Neminem. Can. Sanctorum diſt. 70. Cap. non liceat de præb. C. accepimus, de ætate, & qualit. Coc. Later. 3. c. 5. Trid. ſeſſ. 21. de Ref. c. 2. Iuxta lit. circ. Sac. Cong. Concil. de mand. Innoc. XI. ſub die 13. Maii 1679. S. Cong. Conc. 6. Febr. 1597. et Sac. Congr. Epiſc. in Vgentin. 6. Octob. 1617. S. Car. in act. Eccleſ. Med. p. 4. in Inſtruct. pro Ordinan. §. Vt probetur.*

12. Vt fraudibus, quæ præcipuè in Patrimoniorum titulis constituendis committi solent, providè occurramus, omnibus,

& singulis, sivè ad primam Tonsuram, sivè ad Minores, aùt Sacros Ordines promovendis, strictè inhibemus, nè ullo pacto falsum fictum, aùt fiduciarium Patrimonium exhibeant, aliàs ultrà falsi criminis pœnam, ex nùnc ipso facto exercitium in susceptis Ordinibus interdicimus, suspensione Nobis reservata, quæ nunquàm relaxabitur, nisi constituto reali patrimonio: In constituentes autèm, & cooperantes, sivè consulentes, & quomodolibèt in his concurrentes, latam ipso facto excommunicationis Nobis reservatæ sententiam pronunciamus.

12. *Can. Neminem. C. Sacrorum dist. 70. Trid. sess. 21. c. 2. de Ref. B. Pius V. Const. 75. Romanus Pontifex. S. Cong. Concil. 27. Nov. 1610. Syn. P. Neap. c. 19. 3. Syn. Card. Carac. ann. 1676. d. 2. & eius. Instruct. Ordin. cit. Iuxtà etiam Cõst. 33. Vrbani VIII pro Vltramontan. Secretis.*

13. Volumus insuper, quòd Ordinandus ad titulum Patrimonii, ultrà Testes de more examinandos in Curia nostra super ejusdem tituli veritate, juret etiàm ipse, illius constitutionem esse veram, & realem, nullamque intèr ipsum, & constituẽtem intercessisse collusionem, pœnas arbitrio nostro subiturus ultrà suspensionem, si reperiatur perjurus, ac quod etiàm juret, ipsum Patrimonium nec in totum, nec in partem alienaturum, cessurum, seù pro eo aliud subrogaturum absque nostra facultate, sub pœnis omnibus, tùm Iuris, tùm Synodalibus.

13. *6. Conc. Provinc. Med. S. Caroli p. 3 tit. Quæ ad Ordinis Sacram. pert.*

14. Qui autèm Beneficium, seù pensiones, ad quarum titulum fuerit ordinatus, resignaverit, vel respectivè alienaverit, extinxerit, aùt remiserit, non subrogato sufficienti Beneficio, aùt Patrimonio de Ordinarii licentia, ultrà nullitatem actus, erit ipso facto suspensus ab Ordinum exercitio.

14. *Cap. Per tuas 37. & cap. penult. de simonia. Trid. cit. sess. 21. c. 2. de Ref.*

15. Cum Sacrâs Ordinationes in Cathedralibus, aùt dignioribus dumtaxàt Ecclesiis publicè celebrari Tridentinum Concilium ordinarit, exindè licentias quascumque imposterum concedendas Episcopis ad præfatum effectum Pontificalia peragendi eatenùs exercendas decernimus, ut Ordines, & adhùc prima Tonsura nec in propriis Domibus, aùt privatis Oratoriis, nec, justis de causis, in Monialium Ecclesiis, conferãtur, ad præcedentium Synodalium Decretorum tenorem, alioquin in prefatis locis promoti ab executione suorum Ordinum sint ipso facto suspensi.

15. *Trid. cit. sess. 23. de Ref. cap. 8. 4. Syn. Card. Philam. an. 1649. d. 1. 1. Syn. Card. Caracc. ann. 1669. hoc tit.*

16. Meminerint Superiores Regularium, quod daturi literas dimissoriales subditis suis, etiàm Regularibus, qui voluerint ad Ordines promoveri, debent illas dirigere ad Episcopum Dicœ-

16. *Iuxtà Decr. Sacr. Congreg. Conc. de mand. Clem. VIII sub die 15. Martii 1596. & priùs ex declarat. Gregor. XIII. & Sixt. V. Vt in dec. eiusd. S. Congreg. 28. Febr. 1594. & ad text. in cap. cum nullus § Religiosi. de ref. Ordin. in 6. Trid. sess. 23. cap. 12. de Ref. § Regulares.*

Digitized by Google

Diœcesanum, nempè illius Monasterii, seù Conventus, in cujus familia ii ordinãdi ab illis, ad quos pertinet, positi fuerint, juxtà Decretum editum à Sacra Congregatione Concilii iussu Clementis VIII. in calce Synodi apponendum.

De Sacramento Matrimonii.

CAPVT IX.

1. MAtrimonium (testante Apostolo) magnum est ratione Mysterii Sacramentum in Christo, & in Ecclesia, quæ in latere Redemptoris formata, & cum eodem viro sanguinum, & dolorum mirificè desponsata, ab ipso Mundi exordio per formationem Hevæ, & primorum Parentum connubium faustissimum sumpsit auspicium. Vt igitùr in tanti Sacramenti celebratione sacri ritus, & necessariæ pro indissolubili vinculo præcautiones religiosè serventur ad mentem Sacri Concilii Tridentini, sequentes regulas præscribendas esse duximus. *Ad Ephes. cap. 5. v. 32.*

2. Sæpè edoceant Parochi ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini Populos suæ curæ creditos de gravitate hujus Sacramenti, ut sciant quid coniugali fidei, quid proli, quid ipsi Sacramento debent, ac opportunè, sedulòque iidem Parochi curent, ut Sponsi à se matrimonio jungendi accedant ad illud contrahendum cum religiosa animi præparatione, ac Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramentis muniti, ut uberiores gratiæ fructus assequi mereantur, & nè mortali aliquo peccato obstricti, gratiæ, quam essent accepturi, obicem ponant. 2. *Trident. sess. 24. de Ref. Matrim. c. 1. Syn. Prov. Neap. cap. 40. 1. Syn. Cardin. Caracc. a. 1669. d. 4. hoc tit. Rit. Rom. in rubr. de Sacr. Matrim. §. Admoneantur*

3. Præcedant omninò matrimonium contrahendum in faciem Ecclesiæ tres denunciationes præscriptæ à Sacris Canonibus, nec quavis ex causa, absque nostra dispensatione in scriptis concedenda, omittantur, vel minuantur, sub pœna carceris formalis, cui ad nostrum arbitrium Parochi omittentes dictas denunciationes, aùt omnes, aùt aliquas, volumus subjacere. 3. *Conc. Lateran. 4. c. 51. Cap. fin. de clandest. desponsa. Trid. ubi sup. Syn. Prov. Neap. c. 40. 2. Syn. Card. Philla. 1644. d. 1. hoc tit. & 1. Card. Caracc. 1669. hoc tit. n. 1.*

4. Fiant ipsæ denunciationes tribus diebus festivis, qui, quantùm fieri potest, inter se consequentes non sint, à proprio Pa-

Digitized by Google

4. Parocho intèr Missarum solemnia, dùm Populus frequentior aderit, clara voce, & cum aliqua admonitione, nè scientes reticeant aliquod impedimentum; & affigantur etiàm valvis Ecclesiæ Parochialis nomina denunciatorum.

Trid. l. c. Conc. Colon. 3. tit. censuræ c. 32. & Mogunt. 4 c. 37. Iuxtà Rit. Rom. in rub. de Sacram. Matr. §. Denunciationes.

5. Si Parocho deferatur aliquod impedimentum matrimonii, quamvis dubium sit, statim desistat ipse à quacumque alia denunciatione, si aliqua superfit facienda, Nosque, vel nostrum Vicarium Generalem certiores faciat.

Cap. cum inhibitio de clandest. desponsat. Rit. Rom. in rubr. cit. 3. Conc. Prov. Med. S. Carol. hoc tit. & ejus. 3. Syn. Diœces. dec. 34.

6. Nunquàm Parochus aliquod matrimonium in Ecclesia proclamet, nisi utriusque Sponsi voluntatem sedulò perscrutatus fuerit, mutuamque præstandi consensus libertatem adesse cognoverit.

Rit Rom. loc. cit. §. Has antèm. 3. Concil. Prov. Med. S. Carol. ubi sup. et 3. Syn. cit. dec. 31.

7. Quicumque falsum aliquod impedimẽtum dolosè obiecerit, excommunicationi ipso facto incurrendæ subiaceat, eodemque anathematis gladio ii paritèr feriantur, qui vera scientes impedimenta, postquàm denunciationes in Ecclesia factas fuisse intellexerint, ea non revelaverint, sed reticuerint.

Cit. cap. cum inhibitio, de clandest. desponsat. §. fin. 3. Conc. Prov. S. Car. l. c.

8. Si in diversis Parœciis contrahentes habitent, in utraque trinæ denunciationes ex Ritualis Romani formula præmittantur. Nè aùtèm ex domicilii variatione dubitandi locus emergat, mandamus Parochis sub pœna ducatorum quinquaginta, eidem Ecclesiæ Parochiali applicandorum de nostro mandato, ut nonnisi elapsis quatuor mensibus à die habitationis in sua Parœcia, denunciationes faciant, in ea quidèm Parœcia peragendas, undè contrahentes discesserunt, prætèr unicam tantùm, quæ in Parœcia postremæ habitationis facienda erit.

Rit. Rom. loc. cit. §. Si verò. 2. Syn. Card. Philam. ann. 1644. d. 4. hoc tit. & 1. Car. Caracc. an. 1669. n. 1.

9. Pro dictis denunciationibus caveant Parochi, vel alii quicumque aliquid directè, vel indirectè recipere, sub pœna ducatorum decem, ut suprà applicandorum, aliisque arbitrio nostro, sed gratis fiant, salvo emolumento eis taxato a nostris Prædecessoribus pro illarum attestatione in scriptis redigenda.

2. Syn. Card. Philam. ann. 1644. & 1. Card. Caracc. 1669. d. 2. hoc tit. 1. Syn. Card. de Aquaviv. an. 1607. d. 15.

10. Vt denunciationibus prœmissis detur unicuique ad impedimenta, quæ fortasse forent detegenda, temporis opportunitas, eadem die, quâ ultima denunciatio facta fuerit, nequaquàm matrimonium celebretur, sed in proximam ad minùs protrahatur. Si autèm elapso bimestri à die postremæ publicationis

3. Conc. Provinc. Med. S. Carol. hoc tit. §. Quo die. Rit. Rom. loc. cit. §. Si verò infrà. Syn. Prov. Neapol. c. 3. Synod. Card. Philam. 1646. d. 6.

Digitized by Google

nis matrimonium in faciem Ecclesiæ celebratum non fuerit, expectetur ulterius quousque proclamationes renoventur, nisi aliter Nobis visum fuerit.

11. Nè in probatione status liberi contrahentium aliqua fiat fraus, sed occurratur detestando crimini Poligamiæ, ex quo tot mala procedunt, Testes in nostra Curia recipiendi examinentur diligentissimè, juxtà Instructionem Sacræ Congregationis Vniversalis Inquisitionis de Vrbe in calce Synodi apponendam, nèc facilè recipiantur omnes absque delectu ad testimonium ferendum, sed personæ probatæ fidei, & quantùm fieri potest cognitæ. Si autèm contrahentes erunt exteri, vel etiàm Oriundi, qui ab hac Diœcesi diù abfuerint, eò diligentiùs discutiantur documenta eorum status liberi, nèc aliter admittantur ad matrimonium contrahendum. Exactissimè verò, & adamussim observari mandamus in exactione mercedum taxam, quæ emanavit de ordine sa:me: Innocentii XI. paritèr in calce Synodi apponendam, unà cum Edicto supèr hac eadem materia matrimoniorum à nostris Prædecessoribus promulgato, & à Nobis renovato. Caveant ergò tàm Ministri Curiæ nostræ, quàm Vicarii foranei quoad ea, quæ ad ipsos pertinent in omnibus, & singulis præmissis fideliter se gerere, aliter depositione ab officio ipso facto, aliisque ad nostrum arbitrium pœnis mulctandi.

11. 3. Syn. Card. Caracc. an. 1676. hoc tit. d. 1.

Ad Trid. sess. cit. cap. 7.

Juxtà decretum Sac. Cong. Concil. die 8. Octob. 1678.

12. In actu explorationis voluntatis sponsorum inquirant Parochi, an ipsi sciant Fidei rudimenta, Symbolum videlicèt Fidei, Decalogum, Ecclesiæ præcepta, Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & septem Sacramenta, & si quos ipsi Parochi prædictorum inscios invenerint, eos instruere studeant, aliàs, qui hæc neglexerint, severiores pœnas nostro arbitrio infligendas sese subituros intelligant.

12. 1. Syn. Card. Bonc. ann. 1617. tit. de Doctr. Christian. 5. Conc. Provinc. Med. S. Carol. p. 3. hoc tit. & in Instruct. Matrim. eiusd. S. Car. tit. de Parocho dilig. in fine.

13. Vt aliàs Synodali Decreto statutum reperitur pro decenti, & convenienti ritu hujus Sacramenti, cuius celebrationis locus proprius est ipsa Ecclesia, denuò prohibemus illud celebrari, vel in privatis ædibus, aliisque locis, quàm in propria Ecclesia Parochiali, vel de nocte post datum Salutationis Angelicæ signum: Parochi autèm, aliivè, ad quos Sacramenti administratio pertinet, si secùs egerint, vel quovis modo permiserint,

13. Syn. Prov. Neap. l. c. 2. Syn. Cardin. Philam. a. 1642. d. 3. 2. Syn. eiusd. a. 1644. d. 2. hoc tit. & 7. eiusd. a. 1662 d. 5. 1. Syn. Card. Caracc. 1659. n. 3.

Digitized by Google

rint, ſuſpenſioni ab adminiſtratione Sacramentorum, aliiſque, etiàm pecuniariis pœnis ad noſtrum arbitrium, juxtà Prædeceſſorum noſtrorum ſtatuta, ipſo facto ſubjaceant.

14. *7. Syn. Card. Philam. a. 1662. d. 5.* *1. Syn. Card. Philam. a. 1642. d. 3. & ejuſd. 1644. d. 3* *1. Syn. Card. Caracc. a. 1669. n. 3. hoc tit.* *Conc. Lateran. 3. in append. tit. de ſec. Coniug. c. 1.*

14. Penitùs etiàm interdicimus celebrari matrimonia per Procuratores eo tempore, quo contrahentes in hac Civitate, aùt Diœceſi noſtra commorantur, niſi ex cauſa per Nos, vel noſtrum Vicarium Generalem cognoſcenda, & approbanda, & Parochis contravenientibus pœnam ſuſpenſionis ab adminiſtratione Sacramentorum ipſo facto incurrendæ, aliiſque ad noſtrum arbitrium irrogamus, quibus etiàm pœnis ſubjacere volumus benedicentes nuptias ſecundò nubentium, ſi alter ex Conjugibus aliàs benedictionem acceperit, ſivè benedictionem peragentes, vel aliquo modo permittentes, ſub pallio, ſeù baldachino ad benedicendam prolem.

15. *Syn. Cardin. Bonc. a. 1627. hoc tit. & 1632. de Caſ. reſ. et 1. Card. Carac. ann. 1669. hoc tit. n. 6.*

15. Sponſos, ſponſaſque poſt contracta ſponſalia, & antè matrimonium legitimè celebratum carnalem intèr ſe copulam habentes, excommunicationis ipſo facto ſententia Nobis reſervata innodamus, cumque hujuſmodi ſcelus ex improba Parentum, ſeù Conſanguineorum, aùt affinium indulgentia, paſſim accidere compertum ſit, præfatos omnes, & ſingulos eandem carnalem copulam, vel Sponſorum cohabitationem, & pernoctationem permittentes, eandem decernimus incurrere excommunicationem ipſo facto, cujus abſolutionem noſtris unicè Pœnitentiariis reſervamus. Parochis autèm injungimus, ut pro ſua prudentia, & pietatis officio ſtudeant hujuſmodi mala profligare ſalubritèr admonendo prædictos hæc graviſſima peccata ità Divinam indignationem provocare, ut ipſe Deus non rarò permittat inter ipſos Conjuges diſſidia, in filiis infortunia, in ſubſtantiis diſſipationem, in tota familia dedecus, & cladés: Hujuſque decreti obſervantiam non omittant iidem Parochi publicis etiam adhortationibus injungere.

16. *Tridt. ſeſſ. cit. c. 1. Rit. Rom. in Ritu celeb. matrim. in fine. Syn. Provinc. Neap. l. c. 1. Synod. Cardin. de Aquav. ann. 1607. d. 15.*

16. Peracta Sacramenti adminiſtratione illicò quidèm, & ad minùs eadem die Parochi omnes in librum ad id benè compactum, ac fidelitèr cuſtoditum ſub eiſdem pœnis, quas pro deſcribendis baptizatis ſuprà impoſuimus, atque hìc repetitas volu-

Digitized by Google

lamus, monumentum matrimonii contracti accuratè, & diligentèr referant, adnotatis Conjugum, ac Testium, qui adfuerunt, nominibus, cognominibus, & patria, aliisque omnibus fusè, & distinctè in Rituali Romano pro casuum diversitate designatis, cujus formulam, prout in ceteris, nullatenùs prætereant, sed ad unguem exequantur, & quoad dictum librum ea observari mãdamus, quæ de libro baptizatorum ediximus.

17. Qui sine legitimis, & debitis denunciationibus, ac solemnitatibus à Sacro Tridentino Concilio præscriptis, vel cum inobservantia ritus nostræ Curiæ, vel sine aliis Canonicis requisitis, etsi coràm Parocho simulatè accersito, sivè aliàs fraudulentèr, ac violentèr adducto, matrimonium per verba de præsenti intèr se contrahere præsumpserint tàm Viri, quàm Mulieres, eisdemque auxilium, vel consilium præbentes, ut delicti sui sentiant gravitatem, sint ipso facto excommunicati: Si quis verò Parochus, vel alius legitimus Minister matrimoniis præfato modo contractis malitiosè, vel ex supina negligentia adstiterit, pœna aliàs à nostris prædecessoribus statuta ducatorum centum applicandorum in subsidia dotalia pauperum Puellarum eiusdem loci, ubi casus acciderit, mulctari volumus, prætèr alias etiàm graviores nostro arbitrio reservatas.

17. *Vt sup. cit. sess. 24. Cap. cum inhibitio de clandest. despõs. §. fin. Syn. A. Cardin. Carafæ ann. 1565. pag. 193. 1. Syn. Card. Dec. Carafæ an. 1619. d. 9. 2. Syn. Card. Phil. 1644. de. r. 1. hoc tit.*

18. Impudentissimo sceleri tàm eorum, qui soluti, quàm eorum, qui uxorati in magni hujus Sacramenti contemptum in eo damnationis discrimine versantur, ut Concubinas retinere proprio sumptu, vel domi, vel extrà non erubescant, quò salubriùs corrigendo, etiàm de speciali Tridentinæ Synodi dispositione, flagitiosos ejusmodi viros, sivè mulieres tùm solutas, tùm conjugatas, si admonitionibus de jure præmissis sese à mutua cõsuetudine nõ sejunxerint, excõmunicationis sententia Nobis reservata cedulonibus publicanda indispensabilitèr compesci volumus, prout hactenùs fieri consuevit, nullatenùs absolvendos, nisi de separatione plenè Nobis constiterit.

18. *Can. si qui, dist. 34 Trid. cit. sess. 24. de Ref. Matr. cap. 8. Syn. Prov. Neapol. cap. 40.*

19. Cõcubinarii, etiã si excõmunicatio in foro exteriori in eos promulgata non fuerit, nullo pacto à Confessariis absolvantur, nisi facta reali separatione & tori, & domus per duos sequentes continuerint, vel certò, vel valdè probabilitèr constet

19. *1. Syn. Card. Bencomp. an. 1627. tit. de cas. res. 1. Card. Philam a. 1642. d. 10. & 2. eiusd. an. 1644. de Sac. Pœnit. d. 3. 1. Synod. Card. Caracc. an. 1669. tit. de Concubinar. d. 1. & 2.*

Digitized by Google

facinus physicè, aùt moraliter impotentes ad recidendum, aùt paulò post esse inter se matrimonium contracturos.

De Officio Exorcistæ.

CAPVT X.

1. QVi Exorcistæ munere funguntur in sólo digito Dei eiici Dæmonia ab Evangelista apprimè edocti, Divino Verbo, quod est omni armatura fortius adversùs inhabitantes nequitiæ Spiritus ritè, & prudenter utantur, & sicùt in verè obsessis debita charitate fidem, per quam in libertatem gloriæ filiorum Dei asseruntur, excitare, ità & in dubiis, qui plerumque falluntur, nimiam credulitatem amovere satagant, nè in tàm sancto ministerio obeundo aliquod ludicrum, & indecens irrepat, sequentibus monitis prorsùs eliminandum.

Luc. c. 11. v. 20.

ad Rom. c. 8. v. 21.

2. Exorcizandi officium à nemine sivè seculari, sivè Regulari, in nulla etiàm propria Ecclesia exerceatur sine nostra speciali licentia in scriptis, sub pœna, quoad Clericos seculares, suspensionis ipso jure à Divinis, aliisque arbitrio nostro; quo verò ad Regulares, privationis ipso facto facultatis audiendi confessiones Sacramentales, quatenùs ad eas fuerint approbati, absq; spe reintègrationis in posterum, ac aliis gravissimis pœnis ad nostrum arbitrium infligendis.

2. *Iuxtà Dec. S. Cõgreg. Conc. 1. Iulii 1606. ubi: Exorcista sit ad actum huiusmodi ab Ordinario approbatus. Et S. Cong. Episc. in* Florent. *22. Februa. 1625. 2. Syn. Card. Dec. Caraffæ a. 1622. d. 8. 5. Card. Phil. a. 1652. d. 10. & 1 Card. Caracc. ann. 1669. hoc tit. d. 1. 4. Cont. Provin. S. Car. p. 2. tit. Quæ ad Sacramentalia* §. Primò. & 4. *Diœces. eius d. 18.*

3. Qui à Nobis licentiam exorcizandi habuerint, non audeant illa uti exorcizando in privatis domibus, nisi id expressiùs in licentia concedatur, sed in Ecclesiis dumtaxàt, sub eisdem supradictis pœnis.

3. *Rit. Rom. in rubr. de Exorcizand.*

4. Locus ubi in Ecclesia exorcizabitur sit valdè pavens, & actio fiat cum præsentia piorum, & proborum fidelium, nedùm, ut decentiùs peragatur, sed etiàm, ut obsessus adstantium precibus auxilium, ac suffragium consequatur; sique fœmina sit exorcizanda, fiat coràm honestissimis mulieribus, ad formam Ritualis Romani.

4. *Conc. Prov. S. Car. l. c. §. Ne in ædibus, & seq. & 4. Diœces. l. c.*

5. Arceantur omninò ab Ecclesiis plurium Energumenorum congressus ad inquirendum ab aliquo ex eis alicujus etiàm ob-

5. *Rit. Rom. et alia, ut sup. n. 3.*

Digitized by Google

obsessi qualitatem, vel statum, ipsique Exorcistæ nullis aliis exorcismis utatur, quàm in Rituali Romano præscriptis, seù ab Ecclesia receptis, seque omninò abstineant à quibuscumque experimentis, interrogationibus, seù quæsitis, quæ à Sacris Ritibus aliena sint, sub pœnis arbitrio nostro. 5. *Rit.Rom.l.c. & 1. Conc.Prov.Med. p.2.hoc tit.necnon 4.Conc.Provinc. Med.l.c.* §. Si ex aliis.

6. Armentur Exorcistæ forti armatura Divinæ gratiæ, ut stare possint contrà insidias Diaboli, ac ideò sua crimina, si quæ habent, expellant ex anima, antequàm malos Dæmones ex alicujus corporibus assumant eiicere, proùt etiàm hortentur obsessum ad expiandam conscientiam, actusque Fidei eliciendos. 6. *Rit.Rom.l.c. et 4. Prov. Med. loc.c.* §. Energumenis.

7. Cùm interdùm sint morbi naturales, veluti evaporationes in cerebrum, aùt melancholiæ effectus, qui vi, & ope Dæmonum fieri falsò putantur, indigent Exorcistæ usu summæ prudentiæ, & debent cautè perquirere de modo vivendi, de naturalibus affectionibus, & infirmitatibus ejus, qui præsumitur obsessus, ac proindè omnem adhibeant diligentiam, ut de mali veritate certiores reddantur. 7. *Rit.Rom.l.c. et 4. Syn.Diœces.S.Caroli d.18.*

8. Omninò insuper prohibemus, nè quis quocumque prætextu, vel quæsito colore audeat aliquem exorcizare horis nocturnis. 8. *Ex cit.4. Conci l. Prov.Mediol. l.c.* §. Nè antè.

9. Caveant Exorcistæ prætextu exorcizandi, vel quid simile peragendi, laicorum domos, & præcipuè mulierum frequentare, undè plurima in dies scandala, dissentionesque ad Animarum potiùs perniciem, quàm fidelium utilitatem oriri auditur, alitèr se, sciant, gravissimè puniendos.

10. Abstineant paritèr Energumenis potiones, sivè medicamenta porrigere, sub pœnis nostro arbitrio infligendis. 10. *Rit. Rom. loc. cit.* §. Caueant.

11. Nunquàm pro faciendis exorcismis aperiatur Tabernaculum, ubi asservatur Venerabile Eucharistiæ Sacramentum. 11. *Rit. Rom. loc. cit.* §. Admoneatur.

12. Si quis autèm exorcizandi facultate abutatur, vel ad turpia, & obscœna ejusdem facultatis occasione personam aliquam solicitare, vel inducere audeat, excommunicationis latæ sententiæ pœna sit ipso facto innodatus, ultrà alias gravissimas, etiàm corporales nostro arbitrio irrogandas. 12. *Rit. Rom. loc. cit.* §. Mulierem.

Digitized by Google

PARS TERTIA.

De Sacrosancto Missæ Sacrificio.

CAPVT I.

Psalm.44.v.2. Malach.c.1.v.11. S.Iren.l.4.cap.32. Tertul.l.3. Cont. Marcion. S.Cypr. l.1.con.Iud.c.16. S.Chrys. in Ps.95. S.Hier. in hūc locū S.Aug. l.1. contr. adv. leg. cap. 20. S.Dāasc. l.4. de fide c.14. Theodor. ibi.

1. CVM Dominus exercituum per Prophetam ait: *Ab ortu Solis usq; ad occasum magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda*: juxtà Sanctorum Patrum consensum innuere voluit Sacrosanctum Missæ Sacrificium, cujus typum adamussim expressit Melchisedech Rex Salem, *panem, & vinum* proferens, *erat enim Sacerdos Dei Altissimi*. Quin etiàm legalia Sacrificia, & nobiliora veteris Testamenti mysteria præordinata fuerunt ad Sacram illam Cœnam, in qua Christus Dominus novum condidit *Testamentum in suo Sanguine*, Sacerdotes instituens, per quos in jugi propitiatorio Sacrificio Divinus Agnus realitèr immolatur ad salutem omnium Populorum. Idcircò qui ad Sacerdotale munus vocantur, seriò perpendant se non Taurorum, aùt Hircorum (uti olim) cruore aspersos, sed vero Divinæ, & salutaris Hostiæ Corpore, & Sanguine saginatos effici Christiferos, & mediatores inter Deum, & homines, quos per virtutes tam sancto ministerio dignas in venerationem allicere fas est.

Genes.c.14. v.18.

1.ad Corinth. cap. 11.v.25.

Ad Hebr.c.9.v.13

1.ad Timoth. c.2. v.5.

2. Cum igitùr debeant Sacerdotes callere adamussim cæremonias, & Missæ ritus, ii, qui fuerint recentèr Presbyteratu initiati accedant omninò ad Domum Sacerdotum Missionis, ut in illis instruantur, nullusque audeat primam Missam celebrare absque licentia nostri Vicarii Generalis, non concedenda, nisi exhibita attestatione dictorum Sacerdotum supèr sufficienti earundem cæremoniarum, & Rituum peritia, quique contrafecerit, pœna carceris, aliisque ad nostrum arbitrium mulctabitur.

2.
1.Synod.Card.Carac.an.1669. d.2. hoc tit. et 2.eiusd. an.1672.eod.tit.

3. Ad compescendum grave flagitium, quod nonnunquàm accidit, vel avaritiæ, vel alterius turpis lucri causa Sacerdotum te-

3.
Can. Sufficit de consec.dist.1.

Digitized by Google

temerè celebrantium eadem die duas, vel plures Missas, præter casus in jure expressos, pœnas suspensionis, ac alias corporales à nostris Prædecessoribus contrà hujusmodi delinquentes præfinitas præsenti decreto confirmamus, & exequi mandamus.

Cap. cõsaluissly de celebr. Missar. 3. Syn. Card. Dec. Caraf. a. 1623. d. 6 & 2. Syn. Cardin. Philam. an. 1644. tit. de vit. & hon. Cleric. d. 1.

4. Qui absque Sedis Apostolicæ privilegio cujuscumque dignitatis sint, præsumpserint contrà declarationes Sacræ Congregationis Missas celebrare cum anulo in digito, sciant, se mulctandos pœna aliàs per Constitutiones Synodales statuta ducatorum sex pro qualibet vice, & amissionis anuli applicanda Ecclesiæ, in qua celebraverint: *Si quis autèm ausus fuerit Missam cum pileolo celebrare absque ejusdem Sedis Apostolicæ privilegio, severioribus pœnis erit nostro arbitrio compescendus.

4.

S. Rit. Congreg. 11. Febr. 1623. & 20. Nov. 1618. 2. Syn. Card. Phil. a. 1644 decr. 1. de vit. & hon. Cleric. 1. Syn. Card. Carac. ann. 1669. de cærem. n. 2.

5. Nullus, sivè Sacrista, sivè Parochus, sivè Rector Ecclesiarum, sivè quocumque alio nomine nuncupetur admittat quemquam quocumque prætextu, vel quæsito colore ad celebrationem Missæ absque vestibus talaribus, sub pœna ducatorum sex pro qualibet vice Sacristis, & aliis prædictis infligenda, qua etiàm plecti volumus ipsos celebrantes: Regularibus autèm illos admittentes ad celebrandum sine vestibus talaribus sub pœna interdicti suarum Ecclesiarum.

Ca. nullus Episc. de conser. dist. 1. Vrb. VIII. in dec. S. Cong. Rit. in Missal. Rom. 3. Synod. Card. Bon. op. a. 1632. d. 4.

5.

Ad Missal. Rom. in rubr. tit. de præpar. Sacerd. ac Trident. loc. citando. Sac. Cong. Concil. in Vercellen. 21. Martii 1643. 3. Syn. Car. Carac. a. 1676. tit. de Ecclesiast. cultu. d. 5. & Edict. nostrum die 21. Ian. 1692. nu. 18. de vit. & hon. Cleric.

6. Inhærentes Decreto Sacri Concilii Tridentini, & declarationibus Sacrarum Congregationum, ac Prædecessorum nostrorum statutis districtè prohibemus omnibus, & singulis Sacristis, Parochis, & Ecclesiarum Præfectis sub pœna ducatorum sex, ac suspensionis in subsidium, aliisque ad nostrum arbitrium; Regularibus verò, & aliis exemptis sub pœna interdicti suarum Ecclesiarum, aliisque paritèr ad nostrum arbitrium, nè quempiam Exterum admittant ad celebrationem Missæ, nisi licentiam à nostro Vicario Generali in scriptis obtentam ostenderit: Ceterum nullus quicumque fuerit, vel audeat celebrare, vel ad celebrandum admittatur sine simili licentia.

6.

Trid. sess. 22. decr. de observ. et evit. in celeb. Miss. et sess. 23. cap. 16. de Ref. S. Cong. Conc. in Bononiensi 20 Iulii 1620. in Neapolitana 17.

7. Licentia celebrandi nunquàm concedatur Exteris, nisi ex dimissorialibus, seù commendatitiis literis suorum Ordina-

Aug. 1630. in Liman. 29. Ian. 1633. et aliis 29. Nov. 1670. 2. Syn. Card. Philam. a. 1644. d. ult. 3. Syn. Card. Carac. a. 1676. tit. et sup. d. 13. et iuxtà lit. circul. Sac. Congreg. Vniuers. Inquis. de Vrbe sub die 26 Ianuar. ann. 1692.

Digitized by Google

narionum diligentèr recognitis à noſtris Deputatis, quas ex præſcripto Sacrorum Canonum deferre tenentur, conſtiterit, eos nulli ſubjacere canonico impedimento, dictæque commendatitiæ poſt duos menſes ab earum data (niſi ſervata locorum diſtantia alitèr indulgendum ſit) non recipiantur, nec elapſo termino in eis præfinito ſuffragentur ad petendum prorogationem licentiæ; & ultrà hæc antequàm licentia celebrandi concedatur, volumus afferri teſtimonium dictorum Sacerdotum Miſſionis de peritia in Sacris Miſſæ cæremoniis.

7. *Can. Primatus. Can. Extraneo. diſt. 71. Cap. Tuæ. de Cler. peregrin. Trident. ubi ſup. 1. Conc. Provinc. Med. S. Car. p. 2. hoc tit.*

8. Cum valdè congruum ſit, ut Miſſæ Parochiali, & Parochi concionibus Populus frequens adſit in diebus Dominicis, aliiſque feſtivis de præcepto, ut indè peculiaritèr feſtos dies, ieiunia, Indulgentias, ſivè publicationes matrimoniales ediſcat, abſtineant omnes Dioeceſani Presbyteri dictis diebus à celebrãdo in qualibet Eccleſia, ac Oratoriis Confratrum ante Miſſam Parochialem, quæ poſt duas horas ab ortu Solis celebretur (exceptis tantùm vindemiæ, atquè meſſis temporibus) idemque ſervari volumus, dùm concio habetur, aùt ad eam ſignum datur.

8. *Syn. Card. Alf. Caraf. pag. 158. 2. Synod. Card. Dec. Caraſæ a. 1612. d. 2. Syn. 3. Card. Philamar. an. 1646. d. S. & 1. Cardin. Caracc. an. 1669. hoc tit. d. 5. Sac. Cong. Epiſc. 14 Maii 1585.*

9. Nec antè Auroram, nec poſt meridiem (prætèr Nativitatis Dominicæ noctem quoad Miſſam ſolemnem tantùm) audeat aliquis, ſivè etiàm Regularis, & exemptus, Miſſam celebrare ſub pœnis, ac etiàm cenſuris noſtro arbitrio infligendis, ad quas Sacri Concilii Tridentini, & Conſtitutionum Apoſtolicarum id prohibentium authoritate procedemus.

9. *Can. Nocte ſacra. C. nec eſſe. de conſecr. diſtinct. 1. & Pius V. Conſt. 4 Sanctiſſimus, & S. R. C. Congr. in Piſaurenſi 20. Apr. 1641. & 7. Decembr. ciuſd. ann. etiàm quoad Communion. fidel. aut in ſine Synodi. Trid. cit. ſeſſ. 22. ubi ſup.*

10. Ad Miſſæ celebrationem non admittantur Presbyteri, ſivè Græci, ſivè Armeni, aliique cujuſvis nationis, quacumque dignitate præfulſerint, ab Eccleſiæ Latinæ ritu, ac idiomate diſcordantes, donèc priùs Fidei Catholicæ coràm noſtro Vicario Generali, ad formam à Gregorio XIII. traditam, profeſſionem emiſerint, vel eam Romæ ipſos emiſiſſe per legitima documenta conſtiterit, aliaque ſecundùm Apoſtolicam inſtructionem Clementis VIII. peregerint. Ex præfatis autèm ordinati ab Epiſcopis ſchiſmaticis, cum ſint ipſo iure ſuſpenſi, nullo pacto in Ordinibus, etiàm ritè ſuſceptis, miniſtrare permittantur, niſi priùs Eccleſiæ Romanæ reconciliati, aùt ſalutaribus pœnitentiis

10. *1. Syn. Card. de Aquav. a. 1607. d. 3. & 1. Syn. Cardin. De. Caraf. ann. 1619. d. 7. Greg. XIII. Conſt. 33. Sanctiſſimus. Clemens VIII. Conſtit. 37. Sanctiſſimus.*

Digitized by Google

tiis absoluti fuerint, erroresque, aùt schismata Ordinantium abiuraverint, ac de Sedis Apostolicæ dispensatione supèr irregularitate prædictorum occasione contracta legitimè docuerint, ceterasque eiusdem Sedis Ordinationes expleviſſe compertum fuerit.

11. Ad hoc, ut celebraturi possint, proùt studiosè debent, ad hoc incruentum Sacrificium se præparare, adsit in opportuna parte Sacristiæ locus aptus cum imagine, & tabella piarum precum ad Sacerdotum præparationem attinentium. 11. *Syn. Prov. Neapol. c. 24. 1. Conc. Provin. Med. ubi sup.*

12. Iniungimus etiam omnibus, & præsertim Sacerdotibus sacras vestes indutis, ut in Sacristia silentium servent, maximamque modestiam, absintque clamores, & confabulationes quæcumque, quod si loqui aliquando necesse sit, submissa voce, & paucis necessitati satisfiat, sub pœna ad nostrum arbitrium infligenda, qua mulctabuntur etiam Sacristæ id Nobis non denunciantes. 12. *Syn. Prov. Neap. l. c. 3. Syn. Car. Caracc. a. 1676. de Eccles. cultu d. 5. 1. Conc. Prov. Mediol. ubi sup.*

13. Admoneant Sacristæ Clericos, sivè ministros Missæ inservientes, quod in privatis Missis absterso Calicis, & aliæ cœremoniæ, quæ ipsam subsequuntur, non ab ipsis, sed à celebrante Presbytero sunt peragendæ, & ipsi celebrantes id nullo modo permittant. 13. *Syn. Card. Caracc. a. 1669. in. de sac. cœrem. d. 3.*

14. Licèt in Ecclesiarum Sancta Visitatione, & in earum singulis opportuniùs providere curavimus decori, & munditiæ requisitæ in sacris vasibus, & ornamentis pro Missæ ministerio, præsenti etiam Decreto præcipimus, ut sacræ vestes pro celebratione Missæ non sint laceræ, nec attritæ, nec corrosæ, aùt cõtaminatæ, sed quam maximè honestæ, quod Amictus, Albæ, Mappæ, Pallæ, Corporalia, & Purificatoria mundissima sint, atque præsertim Calices, & Patenæ sint integrè nitida, & deaurata. 14. *Cap. relinqui. de cust. Euch.*

15. In omni Sacristia pendeat affixa tabella, in qua ordinatè descripta sint onera Missarum, aliorumque Divinorum Officiorum, ad quæ ipsa Ecclesia tenetur, vel etiam privati Sacerdotes, vel Beneficiati, pro quibus, qua die, & in quo Altari Missæ celebrandæ sint. 15. *Ex lit. S. Congreg. Conc. de mandato Alexandri VII. die 15. Decembris 1663. 1. Syn. Card. Caracc. a. 1669 d. 4. hoc tit.*

16. Adsit etiam liber quotidiano usui paratus, in quo singuli

16. *Ex lit.præcie.n.15* guli Sacerdotes, qui in eadem Ecclesia Sacrificium obtulerint, Missam à se tali die celebratam adnotent, & cujus oneris ratione celebraverint propriæ manus subscriptione testentur: Si quis autèm Missam non dictam falsò ibi adnotaverit, suspensionis Nobis reservatæ pœnam ipso facto incurrat, cui etiàm subiectũ esse volumus, qui de celebratione Missarum falsam fidem, etiàm privatam confecerit.

17. *Ex 4. Conc. Prov. S. Car. p. 2. hoc tit.* 17. Sacristæ, ceterique Ecclesiarum Præfecti quolibet semestri exhibeant Deputatis, ac deputandis à Nobis supèr adimplemento Missarum librum prædictum, eisque tradant notam Missarum omissarum sub pœnis arbitrio nostro; ipsi verò Deputati Nobis referant in solita Congregatione, ut quid expediens fuerit, consulatur.

18. *Sac. Cong. Concil. in Romana die 4 Aug. 1654. 4. Conc. Prov. S. Carol. p. 2. hoc tit.* 18. Cum Missa celebranda affixa est alicui Altari determinato, Sacerdos tenetur omninò in eo celebrare, quod, nec diem à Fundatore præscriptum immutare licet, etiàm prætextu inserviendi alteri Ecclesiæ, aùt consuetudinis loci, iuxtà Decretum S. Congregationis Concilii.

19. *Can. Nec emeritis dist. 61.* 19. In distributione eleemosynarum pro Missis, vel aliis Divinis Officiis, æquum est, quod Parochi in iis Casalibus, ubi plures sint Sacerdotes, præferant Originarios Exteris.

20. *Sub die 21. Iunii 1625. de celebr. Miss.* 20. Inhærendo decretis Sacræ Congregationis Concilii de celebratione Missarum authoritate Vrbani VIII. editis, districtè prohibemus Capitulis, Parochis, Ecclesiarum Rectoribus, Confraternitatibus, aliisque locis piis, & eorum Administratoribus, nè inposterum sine nostra, vel nostri Vicarii Generalis licentia in scriptis sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda, nova onera Missarum perpetua, suscipiant.

21. *Ex decr. præcit. & eiusd. declarat. S. Cong. in respons. ad dub. 11. 12. & 15.* 21. Manuales eleemosynas pro Missis celebrandis, ità demum Capitula, Societates, & quarumcumque Ecclesiarum Rectores, seù Superiores, aliivè Sacerdotes accipere se posse intelligant, si pro jàm acceptis satisfecerint, aùt si satisfacere possint intrà modicum tempus, nisi alias de Benefactoris consensu constiterit.

22. *Ex cit. dec. S. Cõg. Cõc. 21. Iun. 1625 §. Ac similitèr, & eiusd. declar. in Anconitana 5. Iulii 1664.* 22. Sacerdos, qui Missam cum certa eleemosyna celebrandam suscepit, sciat sibi non licere, eandem alteri, retenta sibi

parte

Digitized by Google

parte dictæ eleemosynæ committere, alio quin ipsum gravitèr peccare, & teneri ad restitutionem, juxtà declarationes Sacræ Congregationis Concilii.

23. Sacerdotes, qui habent onus celebrandi quotidiè, licèt possent habere quandoque vacationem ob decentiam, vel reverentiam, nisi alitèr vi fundationis obstringantur, si tamèn celebrent, non possunt pro celebratione Missæ aliam eleemosynam recipere.

24. Missam non solemnem celebrare cum quatuor candelis nemini liceat, sine speciali indulto, & quilibet caveat Missam celebraturus induere se sacris vestibus in Altari, vel prope, sub pœnis nostro arbitrio reservatis, sed omninò se induat in Sacristia.

25. Nulli licèt, ad formam Decreti Sac. Rit. Congregationis contrà usum Ecclesiæ, Missæ Sacrificium celebrare absque speciali privilegio in die Feriæ quintæ Cœnæ Domini, nisi pro reponendo Venerabili Sacramento in Sepulchro in iis Ecclesiis, ubi Sepulchra fiunt.

26. Clavis Arculæ, in qua Sacramentum in Sepulchro reconditur nequaquàm tradatur laicis cujuscumque dignitatis existant, aùt Monialibus, sed penès ipsum celebrantem remaneat, sub pœna tradentibus excommunicationis, Ecclesiis verò etiàm exemptis interdicti ipso facto, uti fuit pluriès à Sacra Congregatione, ac Diœcesana Synodo constitutum.

23. *Cap. Significatum de præb. 4. Cõc. Prov. S. Carol. hoc tit. & eiusd. 3. Syn. Diœc. d. 23.*

24. *Ex dec. Sacr. Rit. Cong. de mandat. Alexand. VII. 27. Sept. 1659. & 12. Ian. & 20. Iulii 1660.*

25. *Sac. Rit. Cong. 27. Sept. 1608. 1. Syn. Card. Boncomp. a. 1627. de ser. v. 7. Card. Phil. a. 1662 hoc tit. d. 7. & 1. Card. Caracc. a. 1669. d. 3. hoc tit. In quibus extat prohib. Sepulch. ubi nõ retinetur continuò V. Eucbar. sub pœna interd. Ex dec. S. Rit. Cong. in Neap. 24. Iulii 1659.*

26. *S. Rit. Congreg. in Curien. 15. Dec. 1632. Hispalen. 28. Mart. 1637. Calagurit. 13. Sept. 1642. 3. Synod. Card. Dec. Caraffæ ann. 1623. decr. 5. 3. Card. Philam. an. 1646. d. 4. et 1. Card. Caracc. an. 1669. de cærem. n. 5.*

De Oratoriis Privatis,
CAPVT II.

1. QVi ex indulto Sanctæ Matris Ecclesiæ Oratoriis privatis gaudere digni facti sunt, piam Centurionis humilitatem, qui Christum Dominum suum Tectum adire non dedignantem adeò reverebatur, ut Divinum Oraculum audire meruerit: *Non inveni tantam fidem in Israel*: sæpè religioso animi sensu revolvant, ut ad debitam devotionem, quam præscribimus, meliùs excitentur.

Matth. c. 8. v. 8.

Digitized by Google

2. Oratoria privata cum celebratione Missæ debent, quoad locum, & omnimodam decentiam recognosci, & approbari ab Ordinario, tùm ex dispositione Apostolicarum Constitutionum, tùm ex forma consueta Indultorum, quæ recognitio, & approbatio reiteranda est, quotiescumque ex quavis causa varietur locus Oratorii: Si quis igitùr sivè secularis, sivè Regularis, aùt aliàs quomodolibèt exemptus Sacerdos præsumpserit Missam celebrare in aliquo Oratorio privato sine præcedenti præfata recognitione, & approbatione, sit ipso facto suspensus à Divinis, aliisque nostro arbitrio pœnis subjaceat, ipsumque Oratorium, ejusque usum penitùs interdicimus ipso facto.

2. *Can. Missarum, de consec. dist. 1. Ad Trid. sess. 22. decr. de observ. & evit. in celebr. Miss. Sac. Cong. Concil. de mand. Pauli V. die 10. Mar. 1615 & 24. Maii 1664. quoad pœnam inserdictis et revocat. Syn. Card. A. Caraf. pag. 147. 1. Synod. Card. Dec. Carafæ a. 1619. d. 6. 5. Syn. Card. Philam. a. 1652. d. 8. et eiusd. 6. a. 1658. d. 8. Syn. 4. Card. Caracc. an. 1680. hoc tit.*

3. Vnica tantùm Missa eodem die potest in dictis Oratoriis celebrari, etiàm ex forma indulti, ac ideò quibuscumque etiàm Regularibus, & quomodolibèt exemptis districtè prohibemus, etiàm Sacri Concilii, & Sedis Apostolicæ authoritate, nè oblato Sacrificio per aliquem Sacerdotem in aliquo ex prædictis Oratoriis, audeant sub quocumque prætextu, vel privilegiorum, vel exemptionis aliud offerre eadem die, sub pœnis tàm quoad ipsos, quàm quoad Oratorium in superiori decreto præscriptis.

3. *Trident. ubi sup.*

4. In eisdem privatis Oratoriis, etiàm de Summi Pontificis assensu constructis, atque de mandato nostro recognitis, & approbatis celebrari nõ licet in solènioribus quibusdam Festis, nimirùm ex Decreto Sacrorum Rituum Congregationis in Festo Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, Annunciationis, & Assumptionis Beatæ Virginis, Sanctorum Petri, & Pauli, & Omnium Sanctorum: Ex Decreto verò Synodali aliàs evulgato, in Festo Circumcisionis, Ascensionis, Corporis Christi, Sancti Ioseph, & Nativitatis Sancti Ioannis Baptistæ: Contravenientes verò, sivè loca transgressionum ipso facto in pœnas præcedentium Decretorum pariformitèr incidisse decernimus, dummodò de indulto speciali, quod Nobis exhiberi volumus, id concessum non fuerit.

4. *Can. Si quis etiã. de consec. dist. 1. et Conc. Agathens. c. 21. Sac. Rit. Cong. 17. Novemb. 1607.*

5. Vtque omnis prætextus contraveniendi ablegetur, quæcumque Privilegia posterioribus Sacri Concilii Tridentini, aùt Sedis Apostolicæ dispositionibus revocata, nec etiàm sub nostrę tacitæ voluntatis, aùt non expressæ contradictionis quæsito colore

2. *Syn. Card. Philam. ann. 1644. hoc tit. et 6. eiusd. ann. 1658. d. 4.*

Digitized by Google

lore ullatenùs fuffragari poſſe decernimus.

6. Nullus audeat in privatis Oratoriis Miſſam ſolemnem, vel etiàm cum cantu, vel Muſicis celebrare, ſub pœnis ad noſtrum arbitrium.

De Divinis Officiis.

CAPVT III.

1. COeli, qui enarrãt gloriam Dei admirabili harmonici Ordinis ſiſtemate Sacros erudiunt Eccleſiæ miniſtros, quorum intereſt in Divinis Officiis peragendis, ea, quæ Domum Dei decet, ſanctitate ordinem, & majeſtatem ſervare, ut cæremoniis, ceteriſque Sacrorum Myſteriis ritè procuratis, atque gravi Eccleſiaſtici cantus modulatione Aſtra matutina Dominum jugitèr laudantia imitentur, pioſque fidelium animos in veræ devotionis cultum alliciant. *Pſalm.18.v.1.* *Pſalm.92. v.5.* *Iob.cap.38.v.7.*

2. Quapropter dùm Officia Divina, Miſſæ, aliæque ſacræ actiones celebrantur cum muſico cantu, ubicumque ea celebrari contingat, diſtrictè prohibemus in eis cantus irreligioſos, ſonitus inhoneſtos, ac cantiunculas, aùt non ſacras, aùt de re non ſacra, multòque magis vernacula lingua compoſitas, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda ab ipſis Cantoribus talia præſumentibus, & interdicti Eccleſiarum, in quibus hujuſmodi tranſgreſſiones fient, idque diſtrictiùs inhibemus in Expoſitionibus Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, licèt aliquãdo, ut moris eſt, velatæ, proùt ſpecificè Regularibus vetuit Sacr. Rituum Congregatio, & eandem ſupradictam pœnam tranſgreſſoribus irrogamus, qua etiàm Eccleſiarum Rectores id permittentes obſtringi decernimus. 2. *Ad Extrav.un.de vit.& hon.Cleric. Triden.ſeſſ.22.de obſerv.et evit.Cærem.Epiſc.lib.1.c. 28. Syn. Card.A. Car.p.148.3.Cardin. D.Car. ann. 1623.d.1-3.Card. Philam.a.1646.d. 3. 1.Car.Caracc. a.1669. de muſico cantu d.1.et 2.Ex dec. S.Rit.Congr. an.1603. et iuxtà Conſtit.38. Alex. VII. pro urb. Pix ſolicitudinis.*

3. Cantores, ſeù Muſici non modo ſe abſtineant à prædictis, ſed in Divinis laudibus concinendis ſeſe modeſtè contineãt, aliàs excludendi ab officio canendi in Eccleſiis; Chori autèm, & præcipuè amovibiles, quos prædicti ad canendum conſcenderint, ſaltèm in altitudinem palmorum quindecim ab Eccleſiæ pavimento eleventur, & omnes habeant ſuos cancellos, itaùt 3. *Ex Trid.l.c.et iuxtà Edictum de mand. Alex. VII. pro Vrbe in S.Viſit. Apoſt. pro muſic. 30. Iulii 1665.*

Digitized by Google

Cantores inſpici nequeant, alitèr Eccleſia interdicto ſubiaceat.

4. Abuſum, qui aliquando irrepſit, Miſſas, aliaque Divina Officia celebrandi cum ſedibus, & apparatu ſolemni ab iis, qui ad hæc Apoſtolico Privilegio minimè potiuntur, etiàm à noſtræ Cathedralis Canonicis tanquàm Sacris Ritibus diſſonum, aliàs Decreto Synodali damnatum, penitùs abrogare volentes, eidem Synodali Decreto noſtræ confirmationis, & innovationis robur adiicimus, illudque ſub pœnis in eo contentis obſervari mandamus.

4. *4. Syn. Card. Philam. a. 1649. d. 2.*

5. Inhærentes etiàm aliis Decretis Synodalibus, quibus vetitum fuit, nè Sacerdotes in ſacris cõſtituti, ac propriis inſignibus induti intèr Miſſarum, aùt Veſperarum ſolemnia audeant, ſub pœna ſuſpenſionis à Divinis ipſo facto incurrenda, Perſonas ſeculares, ſivè ſint Eccleſiarum Magiſtri, ſivè locorum Gubernatores thurificare, prohibitionem hujuſmodi ſub eadem pœna confirmamus; talium verò thurificationum munus ſit Acolythorum, ſivè Clericorum tantummodò.

5. *2. Syn. Card. Philam. ann. 1644. de Vita, et hon. Cler. d. 3. & 1. Car. Caracc. an. 1669. de cærem. d. 4.*

6. Veſtibus pro Divino cultu, & Sacrificio Miſſæ deſtinatis non utantur Clerici minorum ordinum pro functionibus Eccleſiaſticis, dùm ea tantùm reſpectivè deſignata fuerint pro cõſtitutis in Ordinibus Sacris, juxtà Decreta Sacrorum Canonum; idque prohibemus ſub pœna aliàs Decretis Synodalibus ſtatuta, tàm quoad Clericos ipſos in ſacris functionibus miniſtrantes, quàm quoad Rectores, ſeù Præfectos Eccleſiarum id permittentes.

6. *4. Synod. Cardin. Phil. a. 1649. d. 16. & 1. Card. Carac. in ſup. tit. de rev. Eccleſ. d. 1.*

7. Omnibus, & ſingulis Presbyteris, qui per Turnum, vel aliàs, juxtà Regulas, & Statuta Eccleſiarum Miſſas Conventuales celebrare tenentur, etiàm noſtræ Metropolitanæ Canonicis, vel in eadem Cathedrali Eccleſia Miſſas Conventuales celebrãtibus, ubi de certa applicationis Sacrificii obligatione non conſtat, mandamus, nè alitèr, quam pro Collegii obligatione, ſivè pro Benefactoribus, applicare ullo modo valeant, juxtà Decreta Sacræ Congregationis Concilii, quorum obſervantiam injungimus.

7. *Vrb. VIII. Conſt. 43. Cum ſæpè, in Bull. ſivè dec. Gen. S. Cong. Concil. de celeb. Miſſ. 21. Iunii 1625. ad quod Sac. Cong. Concil. in* Alexandrin. *26. Apr. 1653. et 7 Febr. 1664. In* Fulginat. *20. Ian. 1620. in* Elvẽ. *5. Mart. 1616. et in* Caſenatẽ. *24. Maii 1681.*

8. Ad Sacri Cæremonialis præſcriptum infrà Defunctorum Octavam prima die, duplici Feſto, vel Dominica non impedita

in

Digitized by Google

in Ecclesia nostra Cathedrali, ut etiàm fuit hactenùs ex veteri consuetudine servatum, Missa solemnitèr celebretur pro Animabus omnium ejusdem Ecclesiæ Antistitum; idque similitèr in subsequenti, aliavè, ut præfertur, die non impedita pro suis defunctis Canonicis, Capitulum nostrum perficiat: Quod etiàm ab aliis, sivè Collegiis, sivè Societatibus, Congregationibus, aùt Confratriis pro suorum respectivè defunctorum Animabus peragi congruum erit: Quinimmò, & singulis annis in die obitus proximè defuncti Archiepiscopi pro eius Anima in eadem Ecclesia nostra Anniversarium celebrabitur forma in eodem Cæremoniali præscripta. 8. *Cæremon. Episcop. lib. 2. cap. 37.* *Cærem. cit. c. 36.*

9. Abusum, qui in aliquibus Ecclesiis conspicitur irrepsisse, quod in Hebdomada Maiori Passio Domini Nostri Iesu Christi cantetur à Musicis, etiàm laicis, tanquàm dissonum Sacris Ritibus improbamus, & damnamus sub pœna interdicti Ecclesiæ, mandantes, ut Evangelistæ præsertim, atque Christi Domini personæ repræsententur à Diaconis, vel Sacerdotibus indutis sacris vestibus.

De Sacrosanctis Ecclesiis.

CAPVT IV.

1. TEmpla, quæ in hac Vrbe numero, magnificentia, & nitore mirificè effulgent, ac luculentum avitæ pietatis specimen præseferunt, negligentiam arguunt in aliquibus præsertim vetustioribus Ecclesiis, ubi sartatecta debita, mundities, atque decus cujuscumque servitutis expers desiderantur in cultum Altissimi, qui decorem, & fortitudinem induit & *in splendoribus Sanctorum*, quos in sacris ædibus, & Altaribus veneramur, inhabitare facit Sacrosanctam Religionem *Matrem filiorum lætantem*. *Psalm. 92. v. 1.* *Psalm. 109. v. 3.* *Psalm. 212. v. 9.*

2. Vtigitur omnis irreverentia arceatur ab Ecclesiis, locisque Divino cultui destinatis, etiàm Sacrorum Canonum, & Sacri Concilii Tridentini authoritate prohibemus in eis omnes, & quascumque prophanas actiones, seditiones, tumultus, deambu- 2. *C. In Oratorio, dist. 42. C. Mos antiquus. C. Quoniam, dist. 65. Cap. decet. de Im. Eccl. in 6.*

Trid. sess. 22. de ob serv. et evit. &c. Pius V. Constit. 5. Cum primum. 2. Syn. Card. Dec. Carafæ an. 1622. d. 1. 2. Syn. Card. Caracc. an. 1676. d. 2. et 3. et 4. eiusd. ann. 1680. d. 2. huc tit.

bulationes, judiciorum strepitus, & clamores, non solùm dùm Officia Divina, Missarumque mysteria peraguntur, sed alio quocumque tempore, ut Domus Dei verè Domus orationis esse videatur, & sit; & seriò injungimus omnibus, & singulis Rectoribus, Custodibus, Sacristis, seù quibusvis aliis Ecclesiarum Præfectis, ut prædicta in Ecclesiis committere præsumentes gravitèr commoneant, sique obtemperare contempserint, ipsorum nomina ab eisdem Nobis deferri volumus, ut iuxtà Sacrarum Constitutionum, & præsertim B. Pii V. seriem pœnis gravioribus in eos procedamus.

B. Pius V. Cõst. c. Innoc. XI. in Edicto pro Vrbe die 23 Sept. 1679. 2. et 4. Syn. Card. Carac. ll. cc. huc tit.

3. Ne fidelium preces, aùt quæcumque Ecclesiasticæ functiones per importunas excurrentium Pauperum expostulationes in Ecclesiis perturbentur, sedulò curent Parochi, Sacristæ, seù quicumque alii Ecclesiarum moderatores, tàm seculares, quàm Regulares, omnimodam observantiam dictæ Constitutionis Beati Pii V. ab Innocentio XI. commendatę, ut etiàm demandatum fuit Edicto Sanctiss. Domini Nostri Innocentii XII. ac proindè Pauperes hujusmodi circumire non sinant, sed ad Ecclesiarum valvas sistere faciant sub pœnis ad nostrum arbitrium infligendis pro qualibet vice, qua eos compescere neglexerint; sintque etiàm moniti Fideles, ut eleemosynas Pauperibus in opportuniori loco religiosiùs elargiendas reservent.

sub die 20. April. 1691. cum esset Archiep. Neap.

Ex lit. S. Congr. Episc. de mandat. Innoc. XI. 21. Iulii 1679. ad Card. Caracc. ut in Syn. 2. eiusd. Card. Caracc. an. 1672. huc tit. n. 1. et 4. eiusd. a. 1680. d. 4.

4. Vt aliàs in Synodo statutum fuit, etiàm pro executione literarum Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium editarum de mandato Innocentii XI. iterùm prohibemus, nè in claustris, atriis, scalis, & quibuscumque aliis locis immunibus Monasteriorum, & Conventuum Regularium, & præcipuè cum in eorum adiacentibus Ecclesiis Festorum solemnia celebrari contingit, vendantur quæcumque res comestibiles, aliæque merces, etiàm ad pios usus, vel vendendæ retineantur more Nundinarum sub pœna hujusmodi venditoribus, vel retentoribus excommunicationis, ac Superioribus Monasteriorum, aùt Conventuum id permittentibus, vel tolerantibus privationis officii, atque vocis activæ, & passivæ.

Syn. Prov. Neap. cap. 10.

5. Eandem planè prohibitionem extare volumus in atriis, porticibus, septis, aliisque locis immunibus quarumcumque alia-

Digitized by Google

aliarum Ecclesiarum, Templorum, & Oratoriorum, districtiùs etiàm inhibentes, tùm prædicta, tùm asportationem aquę intrà Ecclesias quascumque, Templa, seù Oratoria sub eadem pœna excommunicationis quoad venditores, & interdicti quoad Ecclesias, aliisque pœnis nostro arbitrio reservatis contrà Ecclesiarum Præfectos id quoquo modo permittentes.

Syn. Card. A. Caraffe pag. 139. & 140 Syn. Marii Caraffe Archiep. ann. 1567. pag. 5. 4. Syn. Card. Caracc. a. 1680. huc tit. d. 4.

6. Mulierum ingressum in Claustra Monasteriorum, aùt Conventuum Regularium semper prohibitum eò strictiùs interdicimus occasione Festivitatum, quæ in eorum Ecclesiis celebrantur, sub pœna privationis officii, atque vocis activæ, & passivæ Superioribus ipsorum Monasteriorum, & Conventuum, qui id permiserint, & mulieribus dicta Claustra ingredi ausis sub pœna violatæ Clausuræ ipso facto incurrenda, proùt dicto Synodali Decreto cautum fuit in executionem præfatarum literarum Sacræ Congregationis.

6. *Ex cit. lit. S. Cong. Ep. sc. de mand. In noc. XI. die 21. Iulii 1679. executis in 4. Syn. Card. Caracc. a. 1680. cit. d. 4. et 5.*

7. Vt prorsùs divellatur abusus scandalosè perturbans decentem Ecclesiarum venerationem, qualis esse dignoscitur ille, quod festorum, vel aliarum functionum occasione, in Ecclesiis Regularium, & præcipuè Monialium fiant invitationes laicorum utriusque sexus, tàm Regularium ipsorum, quàm laicorum opera, sanè, & iteratò vetitæ, tùm literis Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium datis de ordine Innocentii XI. tùm alio Decreto Synodali, tùm Edicto SS. Domini Nostri, dùm huic Metropolitanæ præsideret, quas literas, ac Edictum in calce præsentis Synodi volumus registrari, denuò invitationes nupèr enunciatas in Ecclesiis præfatis, & à personis quibuscumque, etiàm quomodolibèt exemptis, & privilegiatis fieri præmissa occasione districtè prohibemus, & transgressores, sivè laici, sivè Ecclesiastici fuerint, in pœnam excommunicationis latæ sententiæ ipso facto se noverint incidisse; Regulares autèm Superiores Ecclesiarum privationis officii, ac vocis activæ, & passivæ, necnòn Ecclesias ipsas interdicto suppositas declarabimus.

7. *Ex lit. Sac. Congr. Episc. de mand. In noc. XI. 22. Ianu. 1677. ad Card. Caracc. ut in cit. 4. Synod. eiusd. dec. 6. et alias eiusd. Sacr. Cong. de mandat. eiusd. S. P. lit. 20. Sept. 1683. et 10. Octob. 1684. ut in Edict. Cardin. Caracc. vig. deleg. 18. Octob. 1684. necnon Edict. SS. Dom. 7. Sept. 1690.*

8. Ad evitanda etiàm scandala, quæ horis nocturnis fortè in Ecclesiis committi possent, omnibus, & singulis Ecclesiarum Sacristis, aùt Præfectis, sivè locorum Superioribus, etiàm Re-

8. *Syn. Prov. Neap. c. 10. cit. Syn. Car. Boncomp. a. 1627. tit. de orat. publ.*

gu-

Digitized by Google

gularibus paritèr juxtà præſcriptum prædictarum literarum præcipimus, ut poſt datum Salutationis Angelicæ ſignum, ſivè horam vigeſimam quartam Eccleſiæ omninò claudantur, ut nemini ad eas ampliùs pateat aditus, & ingreſſus, ſub eadem pœna interdicti, aliiſque ad noſtrum arbitrium irrogandis, idemque ſub eiſdem pœnis ſervari volumus in matutinis horis, itaùt antè clarè luceſcentem Auroram nequaquàm liceat Eccleſias aperire, præſertim ſi fœminæ ad Miſſam audiendam, vel ad Sacras Confeſſiones admitti debeant; Quamobrèm ſpirituales quæcumque exercitationes, quæ in Eccleſiis, aùt Oratoriis fiũt, maximè ubi mulieres admittuntur, antè prædictam horam vigeſimamquartam omninò terminentur.

1. *Syn. Cardin. Caracc. an. 1669. d. 3. hoc tit. et 4. a. 1680 tit. de feſtis dec. 6. Ex lit. S. Congr. ut ſup. n. 7. ut in fine Synodi.*

9. Nullus audeat Eccleſiam, Oratoria publica, Cappellas, ſivè Altaria de novo erigere abſque ſufficienti dote, & ſine noſtra præcedenti licentia, ſub pœna excommunicationis, & alitèr erecta interdicto ſubiicimus, quique Miſſas, vel alia Divina Officia in dictis Eccleſiis, Oratoriis, Cappellis, ſivè Altaribus ſine noſtra licentia erectis celebrare præſumpſerint, pœnis noſtro arbitrio mulctabuntur. Huius autèm Decreti tranſgreſſionem Parochi Nobis opportunè denunciare teneantur, ſub pœna librarum quinquaginta cæræ, aliiſque ad noſtrum arbitrium.

Can. Eccleſiæ, vel Altaria. Can. Placuit. diſt. 1. S. Greg. in regeſt. l. 8. ep. 63 Conc. Later. in append. tit. ne Clericus, c. 5. Syn. Provinc. Neap. cap. 6 3. Syn. Card. de Aquaviv. an. 1612. d. 1. 2. Card. Dec. Caraffæ an. 1622. d. 3. & 5. 3. Card. Caracc. an. 1676. de Eccl. cult. d. 8.

10. Non permittatur alicui habere in ſuis domibus januas, aùt feneſtras, ex quibus habeatur aditus, aùt proſpectus in Eccleſias, ſeù publica Oratoria pro Divinis Officiis, ac Miſſis audiendis, ut Eccleſiæ præcepto ſatisfiat; Si quæ autèm eiuſmodi fuerint extructæ præfatis contiguæ, penitùs occludantur muro pleno, iuxtà plures ordinationes Sacræ Congregationis.

S. Cong. Epiſc. in Faventin. 15. Febr. 1619. Hieracen. 6. Decemb. 1612. Hortonen. 11. Iunii 1655. Veronen. 15 Iun. 1655. S. Congr. Conc. in Luſitan. 16. Mart. 1652. Iuxtà Edict. B. Pii V. pro Urbe 28. Nov. 1566. Syn. Prov. Neap. c. 24. 1. Syn. Card. de Aquav. a. 1607. d. 5. 3. Card. Caracc. an. 1676. d. 7 hoc tit.

11. Suprà Eccleſias, ſivè Oratoria Divino cultui deſtinata prohibemus habitari, vel haberi cameras, vel loca ad habitandum, dormiendum, vel deambulandum, quinimmò inhibemus omnibus, & ſingulis Eccleſiarum Rectoribus, Gubernatoribus, aùt Adminiſtris, nè in ſuis Eccleſiis, earumque Porticibus, aliiſque membris fabricari faciendi, aùt aliquid innovandi facultatem alicui dare, ſivè ut fabricetur, vel innovetur alicui permittere audeant quocumque prætextu, ſub pœnis, & cenſuris noſt

11. *Iuxtà Edict. B. Pii V. vt ſup. S. Cong. Epiſc. in Hieracen. 26. Iulii 1613. Melphiten. 2. Oct. 1626. Neapolitan. 13. Apr. 1646. Horton. 11. Iun. 1655.*

Digitized by Google

ſtro arbitrio infligendis, ultrà ipſarum Eccleſiarum interdictũ.

12. Qui in Eccleſiis, ſivè publicis Oratoriis, tàm ſecularium, quàm Regularium, earumque ſcalis, atriis, Cœmeteriis, Clauſtris, dormitoriis, & aliis quibuſcumque locis adiacentibus, & immunibus auſi fuerint homicidia, aùt mutilationes membrorum committere, vel quempiam verberare, ſivè quovis modo gravitèr percutere, ſint ipſo iure, & ipſo facto excommuuicati excommunicatione latæ ſententiæ, in quam incurrere etiàm volumus qui præſumpſerint clamores, tumultus, aùt rixas excitare in ipſis Eccleſiis, & Oratoriis, eo præſertim tempore, quo Venerabile Sacramentum in Altari publicè expoſitum eſt; cuius excommunicationis abſolutionem quoad homicidia, & mutilationes membrorum intrà Eccleſias, Cœmeteria, & Sacriſtias commiſſa, Nobis tantummodò reſervamus.

12. *B. Pius V. Conſt. cit. n. 2. Syn. Card. Bonc. a. 1632. d. 1. 2. Card. Philam. a. 1644. hoc tit. d. 1. & eiuſ. 3. ann. 1646. decr. 1. nec non. 7. a. 1662. d. 3. 1. Card. Caracc. a. 1669. hoc tit. & 2. eiuſd. a. 1672. d. 2. 3. eiuſd. a. 1676. de Caſ. Reſerv.*

De Sacris Proceſsionibus.

CAPVT V.

1. CVm vota publica nuncupare Deo univerſi Orbis Opifici, & Conſervatori præcipuus Religionis cultus expoſtulet, Catholica Eccleſia velut *Caſtrorum Acies ordinata*, agmina Fidelium in Sacris Proceſſionibus, quarum antiquiſſima mentio habetur in Concilio Laodiceno ad normam Eccleſiaſtici Ritus præordinare conſuevit, ut ora pſallentium mutuo conſpirantia per rogationes, vel Litanias expiationis cauſa inſtitutas præſentia mala repellere, atque futura antevertere, miſerante Domino, mereantur: Nè igitur ſacris hiſce ſolemnitatibus debitus honor deficiat, vel abuſus aliqui irrepere valeant, ſequentes regulas ſtatuimus.

Cantic. cap. 6. v. 3.

Conc. Laodic. ſub Silveſtro circ. an. 320. cap. 17.

2. Abſint à Sacris Proceſſionibus diſſenſiones, ludibria, riſus, joci, vanæque confabulationes, ipſique Eccleſiaſtici gravitate, modeſtia, & devotione ita ſe gerant, ut ex eorum actibus ad piè precandum Populus invitetur.

2. *Syn. Prov. Neap. c. 38. 1. Syn. Card. Caracc. an. 1669. hoc tit. n. 3.*

3. Ablegentur etiàm ab ipſis ſacris Proceſſionibus omnes actiones, & repræſentationes quæcumque, ſub pœnis arbitrio

3. *1. Syn. Card. Deç. Caraſa an. 1619. d. 14. 1. Card. Bõc. a. 1627. hoc tit.*

Digitized by Google

3. *Card. Philam. a.1646.d.18.& 4. ejsd.a.1649. d.11.*
3. *Card. Caracc. a.1676.hoc tit.n.2*

nostro infligendis; districtiùs autèm prohibemus in eis ludos, & choreas puerorum, incessusque fœminarum, sivè puellarum varia mysteria cum thuribulis, Crucibus, Coronis, aliisque hujusmodi repræsentantium, sub pœna ipso facto incurrenda interdicti Ecclesiarum, seù Oratoriorum etiàm Regularium, ad quæ, seù ex quibus supplicationes habentur, ut sancitum est aliis Constitutionibus Synodalibus.

4.
5. *Conc. Lateran. sub Leone X. sess. 11. & Constit. 17. Dùm intrà. Trid. sess. 25. de Regular. c. 13. Syn. Provin. Neap. cit. cap. 38. Sac. Rit. Congr. in Neapolit. 24. Novemb. 1668. ut in 2. Syn. Car. Carac. a. 1672. hoc tit. n. 1*

4. Accedant ad publicas Processiones, ac eas, quæ pro bono publico de nostra ordinatione indicuntur, omnes, qui de jure tenentur sivè seculares, sivè Regulares, alioquin compellendi, etiàm per censuras, juxtà Decretum Sacri Concilii Tridentini, & S. Congregationis, ipsaque die, & hora constituta ad nostram Cathedralem conveniant, suoque se loco, & ordine continentes procedant.

5.
Syn. Prov. Neap. l.c. 1. Syn. Cardin. Bonc. an. 1627. hoc tit. 3. Card. Phil. ann. 1646. dec. 18. 1. Card. Carac. a. 1669. hoc tit. n. 1. S. Rit. Congr. in Sulmonen. 15. Januar. 1633.

5. Illi autèm censeantur obligati ad Processiones, qui in Edicto antè eas promulgari consueto exprimuntur, omnesque intelligant non satisfacturos propriæ obligationi quousque actione persoluta ad eandem Cathedralem, à qua progressi fuerant, similitèr procedentes redierint, nisi alitèr in Edicto præscriptum fuerit.

6.
S. Congr. Episc. 6. Aug. 1591. 2. Syn. Card. Carac. ann. 1672. hoc tit. n. 20.

6. Cùm Sanctissimum Christi Corpus, juxtà Missalis Romani rubricas defertur ad Sepulchrum, vel ab eo reducitur, Processiones, quæ tali occasione habentur, extrà Ecclesias, aùt etiàm circà Ecclesiarũ ambitũ fieri omninò prohibemus, juxtà Decretum Sacræ Congregationis sub pœna interdicti ipsàrum Ecclesiarum, quæ alia Synodali Constitutione reperitur irrogata.

7.
Syn. Prov. Neap. l.c. 6. Syn. Card. Phila. a. 1658. d. 5 1. Card. Carac. an. 1669. hoc tit. n. 2.

7. Processiones, quæ in Festo, ac per Octavam Corporis Christi ex pia institutione peraguntur cum delatione Sanctissimi de manè tantùm, proùt in nostra Cathedrali consuevit, fieri volumus, nisi ex aliqua rationabili causa Nobis alitèr providendum videbitur, & tunc nonnisi de nostra speciali licentia, quique indixerint Processiones contrà formam præsentis decreti pœnæ ducatorum quinquaginta piis usibus applicandę subjaceant, siquè exemptionem prætexerint ratione Ecclesiarum, eas ipso facto supponimus interdicto.

8. Ca-

Digitized by Google

8. Caveant Parochi, aliique de more Sacram Eucharistiã spectata dierum celebritate processionalitèr delaturi propriæ Paroeciæ fines ullatenùs transgredi, quod ad altercationes tollendas cum Populi scandalo districtè mandamus. In ejusmodi autèm Processionibus prætèr necessarios ministros sacris vestibus indutos, nimirùm Sacerdotem, duosque Assistentes, alii sacris indumentis parati non admittantur, cum debeant uti superpelliceo tantùm, nullusque Stolam deferre audeat, sub pœna Ecclesiasticis prædicta transgredi præsumentibus centum librarum cæræ elaboratæ, aliisque ad nostrum arbitrium.

8. *Can. Ecclesias. 13. q. 1. 6. Syn. Card. Philam. an. 1658. d. 6. 1. Card. Caracc. l. c.*

9. Execrandam impietatem eorum, qui dum Venerabile Sacramentum per plateas, & publicas vias à Fidelibus adorandum processionalitèr defertur, acclamationes, tumultus, rixas, contentionesque in ipsis viis, per quas incedent Processiones, ausi fuerint excitare, censurarum gravitate compescere necessum existimantes, Prædecessorum nostrorum statutis ulteriorẽ firmitatem adiiciendo contrà temerarios hujusmodi excessus committentes, excommunicationis sententiam ipso facto incurrendam denuò decernimus.

9. *7. Syn. Card. Phil. a. 1662. dec. 3. & 1. Card. Carac. an. 1669. d. 2. de Ven. Eccles.*

10. Sclopi, Mortariola, aùt alia ignea instrumenta non explodantur in loco, per quem transit Processio cum Venerabili Sacramento, quoad in competenti distantia non fuerit jàm transactum Baldachinum, Populusque concomitans, proùt in Edicto exprimitur.

10. *Sac. Cong. Episc. in Albinitimil. 2. Iulii 1613. 1. Synod. Card. Carac. an. 1669. hoc tit. d. 4. & iuxta Edictum annuum pro Process. SS.*

11. Secluſa prædicta Processione, quæ fit in die, & per Octavam Corporis Christi, nemo ex quacumque causa præsumat Venerabile Sacramentum extrà Ecclesiam habita Processione circumferre, Nec alias quascumque Processiones, quavis de causa, aùt occasione, absque nostra in scriptis licentia, indicere, aùt ullo modo peragere, sub pœna Ecclesiis, aùt Oratoriis, etiàm Regularium, & exemptorum, interdicti ipso facto, ad quæ, nimirum, Processiones ejusmodi accesserint, aùt è quibus egressæ fuerint.

11. *Sac. Rit. Congr. in Caballicen. 27. Aug. 1615. & 18. Febr. 1617. in Elboren. 14. Ian. 1617. & in Camerin. 24. Aug. 1619.*

Digitized by Google

De Indulgentiis, & Quæstuariis.

CAPVT VI.

1. GRatissimum Indulgentiarum nomen, & Cœlestis Thesaurus *Viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitavit nos oriens ex alto*, manifestè ostendunt, nàm pretio ex hoc prædivite Ecclesiæ penu, ubi Redemptoris nostri merita, & Sanctorum satisfactiones congregantur, uberrimè deprompto, debita peccatis supplicia redimere fas est, & unicuique culpæ reatu ritè lacrymis antè abolito, redditaque nuptiali veste in sanguine Agni dealbata, pœnæ insupèr reatus, qui manebat post culpam, benignissimè indulgetur, quò maturiùs ad Agni nuptias celebrandas omni procùl amota labe possit admitti. Ad formam quoque huius spiritualis thesauri temporale Gazophilacium seduli Quæstuantes ad usum pauperum Ecclesiarum, & Defunctorum suffragium instruere satagant, ac dùm Barnabam, & Saulum missos in Iudæam, ut collectam deferrent, imitantur, exemplum Iudæ prævaricatoris, qui loculos habebat, reformident, immò nè, vel una congestæ eleemosynæ drachma depereat, veritatis lucernam accendant, ut pateat omnibus, qui in domo sunt.

Luc. cap. 1. v. 78.

Matth. c. 22. v. 12.

Apocal. c. 7. v. 14.

Actorum cap. 11. v. 29. & 30.

Ioan. cap. 12. v. 6.

Luc. cap. 15. v. 8.

2. Cum autèm ex dispositione Sacri Concilii Tridentini nullis quacumque exemptione suffultis, etiàm cuiusvis Ordinis Regularibus liceat Indulgentias publicare sine authoritate Ordinarii, caveant omnes, & singuli Ecclesiarum Rectores, etiàm Regulares, in Ecclesiis, aùt Oratoriis, etiàm quomodolibèt exemptis, Indulgentias, seù illarum Summaria Fidelibus exponere, aùt exposita retinere, nisi, eis legitimè recognitis, publicandi licentiam à Nobis obtinuerint.

2. *Trident. sess. 21. de Ref. cap. 9.*

3. Quò verò ad Indulgentias Confratribus utcumque concessas, præcipuè per aggregationes ad alias Confraternitates, serventur omnimodè ordinata per Constitutionem Clementis VIII.

3. *Clem. VIII. Const. 115. Quæcumque*

4. Ablegetur omnis quæstus in Indulgentiarum publicatione, vel usu, etiàm ad tenorem Constitutionũ B. Pii V. ac proindè

4. *Trid. ubi sup. & sess. 25. decr. de Indulg. B. Pius V. Const. 30. Etsi Dominici, & 99. Quam plenum.*

Digitized by Google

indè nulla mercede accepta, & absque ulla spe lucri temporalis sortiatur publicatio effectum suum, & ipsarum Indulgentiarum diplomata, seù transumpta in loco, ubi capsulæ ad colligendas eleemosynas collocantur, omninò vetamus retineri. 1. *Synod. Cardin. de Aquav. ann. 1607. d. 8.*

5. Prætextu Indulgentiæ concessæ visitantibus aliquam Cappellam, seù Oratorium existentia intrà Claustra Regularium, non licet mulieribus ipsa Claustra ingredi, licèt verba Brevis Pontificii concedant Indulgentiam omnibus utriusque sexus Christifidelibus, ut Sacra Congregatio expressè declaravit, quæ declaratio habebitur in calce præsentis Synodi. 5. *Sac. Congreg. super Indulgent. 2. Maii 1679. ut in 4. Syn. Card. Caracc. an. 1680. tit. de Festis. & c. 5.*

6. Eleemosynas quæstuantium abusus, quibus eradicandis in Sacrosanctis Conciliis sæpiùs singulari quidèm solertia collaboratum fuisse prospicimus, cum in Christi fidelium Regionibus, ac locis cum magnis quotidiè scandalis excrescere deprehendantur, utque specialitèr Tridentinæ Synodi sanctionibus obsequamur, quæ pravum quæstuantium abusum, quinimmò & nomen ipsum curavit, quibuscumque in contrarium non obstantibus, penitùs aboleri, nevè corrupte las ejusmodi in hac Civitate, aut Diœcesi consurgere, sivè continuari ullatenùs patiamur, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna districtè mandamus laicis quibuscumque, nè Confratrum vestibus, sivè saccis induti, sivè cum Bursis Corporalium, vel ad earum similitudinem conformatis, sivè cum capsulis, sivè aliàs quomodolibèt vicatim excurrere audeant, aùt ad eleemosynas pro Ecclesiis, aùt quolibet pio opere colligẽdis, nè pro Missis quidèm celebrãdis, præcipuè circà diem solemnis Commemorationis Defunctorum, aùt ullo pacto Quæstuantium officium usurpare, nisi de nostra licentia. 6. *Conc. Lateran. sub Innoc. III. cap. 62. Cap. cum ex eo de pœn. & rem. Clement. de pœn. etc. cap. fin. Trid. ubi sup. Syn. Card. A. Caraf. an. 1565 pag. 195. 2. Synod. Card. Dec. Caraffæ an. 1622. d. 10. 1. Card. Bontemp. ann. 1627. hoc tit. 4. Card. Caracc. ann. 1680. dec. 1. eod. tit.*

7. In eandem paritèr pœnam incidere declaramus Eremitas nuncupatos, sivè Eleemosynarios quoscumque absque Curiæ nostræ, aùt Sedis Apostolicæ specifica facultate à Nobis recognita quæstum facere præsumentibus: Quinimmò sub licentiæ occasione, aùt prætextu Indulgentias, aùt Oratiunculas distribuere, quę passim, vel apocrypha esse, vel confingi solent, nullatenùs liceat. 7. *Ex cit. Syn. 4. Car. Caracc. ut sup.*

8. Nullus Eremita admittatur, vel moretur in aliqua Ecclę-

Digitized by Google

8. Sac. Cong. Epiſc. in Catanien. 22. Ian. 1582. et Fundana 17. Ianuar. 1594.

cleſia, vel Cappella noſtræ Diœceſis, abſque noſtra, vel noſtri Vicarii Generalis licentia, ſine qua nec audeat quæſtuare, multoque minùs fines in ipſa licentia præſcriptos, vel præſcribendos pro quæſtuando excedere, ſub pœna in caſu cuiuſcumque tranſgreſſionis, tùm carceris formalis, tùm expulſionis, & revocationis licentiæ, aliiſque ad noſtrum arbitrium.

9. Vicarii foranei, & Parochi intrà menſem à publicatione præſentis Synodi deferant noſtro Vicario Generali notulam, omnium Eremitarum, qui reperiuntur in Eccleſiis, ſeù Cappellis ſui Vicariatus, vel Paroeciæ reſpectivè, & ſimùl referant eorum qualitates, & mores, ut poſſimus opportuniùs providere.

10. 4. Syn. Card. Caracc. cit. decr. 2.

10. Excommunicationi ſubjaceant ipſo facto mulieres, extera forma indutæ ſub paupertatis titulo, atque ſub converſionis ad Fidem Catholicam, aliove colore cum ipſis Corporalium Burſis eleemoſynas per Eccleſias expoſcere præſumentes.

11. 4. Syn. Card. Caracc. cit. dec. 3. Ex 1. Conc. Provinc. S. Caroli p. 1. dec. 24. & eiuſd. 2. Diœceſ. dec. 23.

11. Parentes per ſe, aùt per filias, aliaſve puellas, ſub prætextu, aùt intentione emendi candelas, aùt intorticia pro adornandis Altaribus, aùt Proceſſionibus peragendis, aliaque occaſione, & colore, eleemoſynas publicè à prætereuntibus expoſtulantes, undè plurima in dies oriri ſcandala experti ſumus, ſub prædicta excommunicationis pœna, aliiſve ad noſtrum arbitrium coerceri volumus.

De Confraternitatibus Laicorum.

CAPVT VII.

1. ECcleſia Catholica, cujus celeberrimum Salomonis Templum Typum geſſit, cùm adytis Sanctuarii, & Sacratioribus in locis effulget, tùm ſpecioſis exornatur Porticibus, quales ſunt Sodalitates laicorum, qui in unum convenientes, & mutuo fraternæ charitatis vinculo conjuncti, Sacræ Synaxi, ceteriſque pietatis exercitationibus operam dare ſtudēt. Nè igitùr hæc vera in Chriſto fraternitas ullo unquam poſſit violari certamine, Fideles, qui Apoſtolici Cœnaculi exemplo congregantur, eliminare ſatagant contentiones, rumoreſque,

à qui-

Digitized by Google

à quibus adeò abhorruit præfati Hierosolymitani Templi structura, ut in tantæ molis elaboratione nèc ferri sonitum admiserit. 3. Reg. cap. 6. v. 7.

2. Confraternitates propterea, seù sodalitates in nulla Ecclesia, vel Oratorio hujus Civitatis, & Diœcesis erigantur, Nobis inconsultis, & sine nostra approbatione, nèc aliàs erectæ utantur regulis, præterquàm nostra authoritate recognitis, & approbatis, quique in præmissis contravenerint, pœnis ad nostrum arbitrium, ac etiàm censuris, dùm ità pro inobedientiæ gravitate visum fuerit, se compescendos agnoscant, sciantque omnes, quod hujusmodi Confraternitates à Nobis non erectæ, vel approbatæ, & quæ Regulas approbatas non habent, non possunt Indulgentiis illis, aùt privilegiis gaudere. 2. Conc. Later. 3. c. 9. Clem. VIII. Const. 115. Quæcumque Sac. Rit. Congr. in Elboren. 7. Octob. 1617. Syn. Prov. Neap. cap. 37.

3. In omni Confraternitate, seù Sodalitate eligatur Sacerdos aliquis vel de corpore Confratrum, vel extrà, doctrinæ, morumque gravitate præditus à Nobis approbandus, qui Confratrum actibus sempèr interfit, quemque ipsi Confratres in rebus dubiis consulant. 3. Syn. Prov. Neapol. l. c. 4. Conc. Prov. S. Carol. tit. Quæ ad Confrat.

4. Confraternitatum redditus, seù bona in alios, quàm in destinatos usus non expendantur, & omninò serventur voluntates Testatorum, aliorumque Benefactorum, qui, vel legata, vel hæreditates, vel donationes Confraternitati contulerint. 4. Ex Trid. sess. 22. de Ref. cap. 8. Synod. Prov. Neap. l. c.

5. Onera Missarum æquè, ac aliorum Officiorum, sivè eleemosynarum, describantur in Tabella, quæ omnibus prospicienda de Oratorii parietibus pendeat, ac prætereà eadem onera cum eorum Auctore, libro ad id destinato commendentur, & quoties fuerit obligationibus satisfactum suo loco memoretur. 5. Ex Decr. supracit. cap. 1. d. n. 15. huius partis 3.

6. Bona Confraternitatis, sivè mobilia, sivè immobilia non cõcedantur, vel titulo venditionis, vel emphyteusis, ulli ex Confratribus, seù Confratrum consanguineis, seù cognatis, nec alicui sine præcedentibus proclamationibus (servatis tamèn quę à Sacris Canonibus requiruntur) itaùt plus offerenti tradantur, quemadmodum prohibemus Confraternitatibus emere bona à Confratribus, seù Confratrum consanguineis, & cognatis sine nostra licentia.

7. Administratores, Oeconomi, & alii officiales Confraterni-

Digitized by Google

7. *Syn. Prov. Neapol. l. c. Sac. Cong. Epi- scop. 18. Iulii 1594*

nitatum, quocumque nomine nuncupentur ultrà annum non eligantur, & in eodem officio confirmari sine nostrâ licentia omninò prohibemus, & quascumque confirmationes, quas aliter fieri contigerit, ex nunc irritas, & nullas declaramus.

8. Vtensilia sacra, sivè quæcumque alia, præsertim ad Altaris ministerium ordinata, nonnisi apud Ecclesiasticas personas vitæ, & morum experimento probatas, non autèm apud laicos ipsos retineri mandamus.

9. *Syn. Prov. Neap. l. c. 1. Conc. Prov. Med. S. Car. p. 3. tit. de pior. locor. adm.*

9. Commessationes sumptibus Confraternitatis quovis quæsito colore, & prætextu nullæ habeantur, non obstante quavis in contrarium consuetudine, quam potiùs abusum esse declaramus, illasque districtiùs prohibemus in Ecclesiis, Oratoriis, aùt circum ea, etiàm sumptibus aliçujus ex Confratribus, vel alterius certæ personæ.

10. Non audeant Confratres, dum saccis propriis induuntur Almutias, seù Mozzettas plusquàm laneas deferre, nec propria authoritate sibi habitum, aùt ejusdem formam, ac modum, Nobis inconsultis aliquatenùs immutare, sub pœna interdicti eorum Ecclesiis, aùt Oratoriis ipso facto incurrenda, eorumque Superioribus, & Oeconomis privationis ipso facto ab eorum officiis respectivè, aliisque gravioribus ad nostrum arbitrium infligendis.

11. *Iuxtà Edictum Archiep. Anib. de Capua 11. April. 1586.*

11. Superioribus Confraternitatum, Prioribus, sivè Præfectis, aliovè quovis nomine nuncupatis, usum baculi in Processionibus, aliisque earum functionibus, absque nostra, vel Sedis Apostolicæ concessione, sub eisdem proximè enunciatis pœnis, omninò interdicimus, proùt etiàm nostri Prædecessores interdixerunt.

12. Sacerdotes Confraternitatum directores in Processionibus pro tempore peragendis, aùt cum exire processionalitèr dictos Confratres contigerit, nunquàm eos insequi, aùt comitari audeant cum Stola, & multò minus cum Pluviali, sub pœna suspensionis ab audiendis confessionibus, aliisque ad nostrum arbitrium.

13. *1. Synod. Card. de Aquav. ann. 1607. d. 17.*

13. Laici Confratres, ut fuit aliàs Decreto Synodali cautum, officium sepulturæ solemnitèr defunctis minimè faciant, sub

Digitized by Google

sub pœna interdicti ipsius Confraternitatis; sed illud integrè Sacerdotibus, Sacrisque Ministris relinquant, & sub eadem pœna Confratrum cadavera, sivè aliorum Defunctorum in propriis Oratoriis, sacrisque locis absque nostra, vel Sedis Apostolicæ licentia sepelire ad ejusdem Decreti tenorem nullatenùs valeant.

14. Hortamur enixè Confratres, ut quàm frequentèr ad Sanctissimi Convivii Mensam accedant, ac propterea statuant certam diem, nisi suis Regulis statuta sit, in qua singuli Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramenta recipiant.

15. Enixè etiàm studeant in omnibus observare easdem Regulas à Nobis, vel nostris Prædecessoribus approbatas, nèc eas præterire, mutuam in primis charitatem, & cõcordiam invicem foveant, dissidiorum occasionem longè submoventes. 15. *Syn. Prov. Neapol. cap. 37.*

De Funeribus, Exequiis, & Sepulturis.

CAPVT VIII.

1. TObias, qui Sacræ Scripturæ testimonio memor fuit Domini in toto cordę suo, cum contribulibus suis è vita migrantibus religiosè parentaret, præstantissimum præbuit charitatis exemplar cum Synagogæ, tùm Ecclesiæ summoperè commendatum; quandoquidèm sacris exequiarum cæremoniis ritè servatis iusta persolvuuntur suffragia Defunctis, vivis verò finis universæ carnis jugitèr proponitur, ut indè quisque practicè meditetur, quod *Omnis caro fœnum*, Animæ verò quarum saluti unicè incumbere oportet, tanquàm Stellæ ab accensis funalibus repræsentatæ, in perpetuas resplendere debeant æternitates. *Tobiæ c. 1. d. v. 19.* *Isaiæ cap. 40. v. 6.*

2. Cum autèm ad avertenda scandala, quæ in Funeribus, & Exequiis suboriri noscebantur, plures providæ emanaverint ordinationes nostrorum Prædecessorum registratæ in libello Funerum, sic vulgò nuncupato, eas à Nobis juxtà temporum exigentiam in aliquibus innovatas, & in calce præsentis Synodi apponendas, unà cum Edicto à Nobis peculiaritèr denuò pu-

Digitized by Google

blicando volumus inviolabiliter observari, perindè ac tàm ordinationes ipsæ, quàm Edictum essent in hoc Decreto inserta.

3. *Syn.Prov.Neap. c. 47.1.Syn.Card. de Aquav.a.1607. d. 19. 3.Syn.Car.Caraccc.a.1676.hoc tit. d.1.& 4.*

3. Sacerdotibus, & Clericis districtè præcipimus, ut in funeribus associandis gravitèr, & modestè se habeant, atque decenti, & talari habitu, mundisque superpelliceis induti cum clericalibus birretis, absque pileis, nisi pluvia cogente, atque bini, suoque singuli loco, remotoque tumultu, sivè contentionibus, quinimmò & mutuo colloquio, procedere studeant.

4. *1.Syn.Card.de Aquav.an.1607.d. 19.et eiusd.3.Syn. a.1612.d.8.3.Car. Boncomp.a.1632. d.8. 4. Car. Phil. a.1649. d.9. & 6. eiusd.a.1658.d.10*

4. Eleemosynę funerum non in itinere, nec spectante Populo, verùm exequiis persolutis, sub pœna carceris formalis ad sex menses, per Cellararios distribuantur.

5. *Ex dec. Syn. nup. tit.n.4.*

5. Disceptantes super divisione facienda in itinere, pœna ducatorum sex pro qualibet vice, aliisque ad nostrum arbitrium puniendos decernimus: quique denunciaverint defectus quoscumque, sivè transgressiones Decretorum præsentis Tituli participes erunt tertiæ partis pœnarum pecuniariarum, quæ à trãsgressoribus exigentur.

6. *Syn.Prov.Nea.l.c. 1. Syn.Cardin.Caracc. an.1669. hoc tit.d.2.& 3.eiusd. a.1676.hoc tit.d.3*

6. Nè proptèr temporalis emolumenti cupiditatem dissidia, & contentiones oriantur pro funeribus, & exequiis, tùm à Parochis, tùm à Presbyteris, sivè Clericis Confratribus, sivè Vespilionibus, & Bajulis taxam in Edicto desuper promulgando, & in fine præsentis Synodi registrando præscriptam, perinde, ac si præsenti decreto esset inserta, & expressa, omninò servari mandamus, sub pœnis omnibus ibidèm præscriptis.

7. *1.Syn.Card.Caracc. ann. 1669. tit. de Exeq. d.2.*

7. Si Regulares summam aliquam pro funeralibus, aliaque hujus generis causa, cùm apud ipsorum Ecclesiam sepulturam eligi contigerit, exorbitantem exigere tentaverint, id Nobis, seù nostro Generali Vicario deferatur, ut de loco sepulturæ valeat legitimè provideri, cùm ipsi, ea excedente petitione, cadaver recusare censeantur.

8. *Extravag. Detestã dæ.de sepult.2.Synod.Card.de Aqua viv.an.1611. d.2. 4. Card. Philam. a.1649. d.7. & 5. a.1652.d.3.11.Cardin. Caracc. hoc tit.d.1.& 2.*

8. Nulli Ecclesiarum Rectori, sivè Parocho liceat cadavera Fidelium Defunctorum tumulare, nisi in Ecclesia, & sepultura per ipsos electa, cumque nullus requiratur Parochi consensus, seù licentia pro humãdo cadavere in sepultura electa, caveant Parochi aliquid exigere prætextu huiusmodi consensus, sed contenti sint solitis iuribus Parochialibus dumtaxàt, sub

pœ-

Digitized by Google

pœna centum librarum ceræ, aliisquè nostro arbitrio reservatis.

9. Recusante Ecclesia electa cadaver tumulandum recipere, priusquàm jus funerandi Parochiis devolvatur, probari volumus recusationem in Curia nostra, eaque probata, & admissa, nihil, præter iura Parochialia prædicta, pro iis funeribus exigatur. 9. *1. Syn. Cardin. Carac. a. 1669. d. 2.*

10. Pro humandis Fidelium corporibus in iis locis, ubi Terra Sancta habetur, nil ampliùs ea peculiari ratione exigatur, sub pœna localis interdicti quoad exemptos, & quoad ceteros librarum quinquaginta ceræ elaboratæ. 10. *4. Syn. Prov. Med. S. Car. hoc tit. & in instruct. funer. §. Pro loco.*

11. Prætextu, quod defunctus sit exterus, non audeant Paroehi exigere pro eius sepultura, nisi quod consuetum est pro funeribus Civium, juxta Sac. Cong: Conc. decretum. 11. *Sac. Cong. Concil. 27. Maii 1617.*

12. Providas huius Ecclesiæ Constitutiones de gratis humandis pauperum defunctorum cadaveribus innovantes, districtè præcipimus Parochis, Rectoribus, Cellarariis, Cappellanis, Confratribus quarumcumque Ecclesiarum, omnibusque aliis jure funerandi quovis titulo fruentibus, ut sub pœna suspensionis à divinis, ac centum librarum ceræ elaboratæ, quamprimùm certiores facti de pauperis obitu, dùm inopia per Testes fide dignos appareat, nulla mora interposita, cadaver panno cooperтum cum luminibus, ut par est, delatum, gratis omninò, propriisque sumptibus Ecclesiasticæ tradant sepulturæ. 12. *S. Congr. Epis. 5. Maii 1617. Rit. Rom. in rubr. de Exeq. §. Pauperes Syn. Prov. l. cit. 1. Syn. Cardin. de Aqua. a. 1607. d. 19. 6. Card. Philam. a. 1658. dec. 1. & 1. Card. Caracc. an. 1669. hoc tit. d. 1.*

13. Eleemosynas quascumque peti pro funerandis Pauperibus penitùs interdicimus, & de hujusmodi quæstubus quoquo modo participantes, pœnis ad nostrum arbitrium punientur. 13. *1. Syn. Card. de Aquav. a. 1607. d. 19*

14. Defunctorum cadavera cuiusvis conditionis, ac status extiterint, sivè in Quadrigis, aùt Curribus, vel Sedibus, sivè clandestinè, & absque consuetis exequiarum cæremoniis, aliovè quovis insueto modo ad sepulturam nullatenùs deferantur, ac insuper nemini ex Præfectis Ecclesiarũ liceat ea sic delata recipere, aùt sepulturæ tradere sub pœnis omnibus aliàs Synodali iure præscriptis, nimirùm excommunicationis latæ sententiæ, quoad deferentes, ducatorum centum pro piis locis quoad recipientes, si Clerici fuerint, excommunicationis verò si laici, interdicti autèm ipso facto Ecclesiæ, etiàm Regularium, & quo- 14. *3. Syn. Card. Bonc. a. 1632. d. 5. 1. Synod. Card. Phil. a. 1642. dec. 5. & 2. Syn. eiusd. a. 1644. d. 3. hoc tit. necnon 4. ann. 1649. d. 8. 1 Syn. Cardin. Caracc. an. 1669. hoc tit. d. 3.*

Digitized by Google

modolibèt exemptæ, quas pœnas denuò innovamus.

15. Exequiæ, nec de nocte, tùm ab Ecclesiæ nostræ Metropolitanæ Canonicis, tùm à ceteris, absque nostra licentia, neque in diebus festivis ante prandium, sine nostri Generalis Vicarii licentia peragantur, sub pœnis pecuniariis per Constitutiones nostrorum Prædecessorum indictis, aliisque nostro arbitrio reservatis.

15. *Syn. Prov. Neapol. l. c. 1. Syn. Card. de Aquav. a. 1607. d. 19. 5. Card. Phil. a. 1652. d. 4. & 1. Card. Carac. an. 1669. d. 5. hoc tit.*

16. Absque proprii Parochi, Crucisque Parochialis interventu exequias celebrari, sivè Defuncti cadaver per Vrbem deferri quomodolibèt inhibemus, nisi fortè ad eas Cathedralis nostræ Capitulum accesserit: alitèr associantes Presbyteros ducatorum centum ad pios usus pœna mulctari decernimus; Ecclesias verò, etiàm Regularium, in quibus cadaver, Parocho, ut præfertur, absente, receptum fuerit, interdicto suppositas declarabimus; Exequiis dumtaxàt exceptis Pauperum, ac præcisè in carceribus occumbentium, sivè mortis-supplicio affectorum, sivè ad Triremes damnatorum, quæ à Confratribus, iuxtà pia, & laudabilia eorum instituta peragi consueverunt; quorum cadavera, dum fuerint requisiti, in eorum Ecclesiis gratis tumulanda Parochi omninò recipiant, proùt fuit eis Provinciali, ac Diœcesano iure aliàs demandatum.

16. *Syn. Prov. Neap. l. c. 1. Syn. Card. de Aquav. a. 1607. d. 19. 2. Syn. Cardin. Philam. a. 1642. d. 5. & 4. eiusd. ann. 1649. d. 8. 1. Card. Carac. ann. 1669. hoc tit. d. 4. & 2. a. 1672. hoc tit. d. 1.*

17. Iuxtà terminos Constitutionis Beati Pii V. ac Synodalium Decretorum Capsæ, sivè Conditoria Defunctorum, Ecclesiarum, sivè Cappellarum parietibus nullo pacto adhæreant, sub pœna eisdem interdicti, transgressoribus verò excommunicationis, aliisq; pœnis à nostris Prædecessoribus pluriès statutis.

Syn. Prov. ut sup. et Syn. Card. Alf. Caraf. 1564. inter alia Synod.

17. *B. Pius V. Const. 5. Cum primum. Syn. Marii Caraf. ann. 1567. pag. 6. 3. Syn. Car. Bonc. a. 1632. d. 7.*

18. Neque pro cadaveribus tumulandis Ecclesiarum, sivè Sacristiarum pavimenta scindantur, sub pœnis prædictarum Synodalium sanctionum, nimirùm ducatorum centum Ecclesiasticis id permittentibus, laicis verò administratoribus interdicti quoad ipsorum Ecclesias respectivè.

18. *1. Syn. Card. de Aquav. a. 1607. d. 9. 3. Syn. Card. Phil. ann. 1646. dec. 7. 1. Synod. Card. Carac. ann. 1669. de sepult. d. 4.*

19. Iura, quæ competunt Capitulo, & Canonicis nostræ Cathedralis in casibus non factæ electionis sepulturæ, iuxtà vetustam, & immemorabilem consuetudinem in præcedentibus Synodis memoratam, salva sempèr extare volumus.

19. *2. Syn. Card. Phil. a. 1644. d. 2. de sepult. 1. Syn. Card. Caracc. cod. tit. n. 3. et 2. eiusd. a. 1672. hoc tit. n. 3.*

20. Cum plura dubia, quæ contingere possunt circa elec-

tio-

Digitized by Google

ctionem ſepulturę deciſa fuerint pluribus Decretis Sac. Congregationis Concilii, habebuntur eadem Decreta impreſſa in fine præſentis Synodi, ut in contingentia caſuum ità ſervetur, ut deciſum fuit.

20. *Decreta Sac. Cong. Conc. in* Neap. 13. *Febr.* 1666. *et ex Brevi Innoc.* XI. 12. *Iulii* 1682. *et ead. Sac. Congr. in* Neap. 16. *Maii, et* 19. *Sept.* 1682. *prout in fine Synodi.*

21. Capitulum, & Canonici noſtræ Metropolitanæ vocati ad funera impediri non poſſunt à Regularibus, quin ingrediantur cum propria Cruce in Eccleſias ipſorum Regularium, iuxtà decreta Sacr. Rituum Congregationis ſub diebus 26. Ianuarii 1641. & 8. Iunii 1669. confirmata per Breve ſpeciale Clementis Noni ſub die 29. Iulii dicti anni 1669. in calce Synodi imprimẽdum, & Regulares etiàm indirectè impedire tentantes, vel recipere recuſantes cadavera Defunctorum in ſuis Eccleſiis ſolitis illa recipere, poterunt à Nobis compelli ſub cenſuris, etiàm per interdictum, iuxtà aliud Decretum eiuſdem Sacræ Congregationis ſub die 16. Ianuarii 1677. paritèr in calce Synodi imprimendum.



PARS

Digitized by Google

PARS QVARTA.

De Vita, & Honestate Clericorum.

CAPVT I.

1. ECclesiastici Ordinis dignitas Leviticæ Tribus ministerio multò præstantior, tales exigit viros in sortem Domini vocatos, qui veræ pietatis cultu, vitæ innocentia, morum honestate, & gravitate, ceterisque virtutibus Fidelium communionem, cui præsunt, in venerationem alliciant, nè vitiis secularibus obnoxii, gravissima Divi Gregorii animadversione meritò afficiantur: Ait, enim, quod *nullum ab aliis maius prejudicium, quàm à Sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla pravitatis cernit; quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus; & quia eo ipso, quo ceteris prælati sumus ad agenda quælibet maiorem licentiam habemus, susceptæ benedictionis ministerium vertimus ad ambitionis argumentum.* Qua in re gravissimi momenti, ut præcipuas, immò primas Pastoralis nostræ solicitudinis partes implere in Domino possimus, Sanctas Sacrorum Canonum, & Tridentini Concilii leges Prædecessorum nostrorum salutaribus monitis, Regulisque munitas, rursùs commendamus, & enixè præcipimus.

S. Greg. Pap. homil. 17. in Luca c. 10. antè med.

Cum autèm fuerit etiàm nostra authoritate publicatum Edictum de Vita, & Honestate Clericorum in calce Synodi registrandum, volumus ibidem præscripta inviolabilitèr observari, perindè, ac si præsenti decreto esset insertum, ac specialiùs infrascripta edicimus.

Edictum sub die 21. Ian. 1692.

2. In prima Tonsura, vel Minoribus Ordinibus constituti, habitum, & tonsuram gestent Clericalem, & Ecclesiis, quibus sunt adscripti diligentèr inserviant, juxtà dispositionem Sacri Concilii Tridentini, alitèr ad ulteriores Ordines non promovebuntur.

2.

Cap. Clericis. de vit. et hon. Cleric. Conc. Later. 5. sess. 9. de Ref. cur. c. 2. Trid. sess. 23. de Ref. cap. 16.

3. Sciant

Digitized by Google

3. Sciant omnes Ecclesiasticis Beneficiis, seù pensionibus donati, quod nisi deferant vestem talarem, qualis præfinitur Constitutione Sixti V. subiacent pœnis à Sacro Concilio Tridentino inflictis, nempè privationis ipsorum Beneficiorum, & pensionum.

3. *Clemen. 2. hoc tit. Trid. sess. 14. de Ref. c. 6. Sixtus V. Const. 92. Cum sacrosancta. Synod. Prov. Neapol. c. 22 Syn. A. Card. Carafæ pag. 132. & seq.*

4. Corona, seù Tonsura, quæ debebit esse Ordini congrua, deferatur patens, itaùt conspici possit.

4. *Cap. Cleric. hoc tit. Conc. Tolet. 22. c. 14. 1. Conc. Prov. Med. S. Car. p. 2. hoc tit.*

5. Abstineant omnes Ecclesiastici ab immoderato corporis cultu, nec deferant vestes, quæ ad luxum compositæ esse videantur, non tamèn viles, sordidas, & neglectas, sed simplices, mundas, ac tales, ut necessitati, & honestati, non ambitioni, & vanitati serviãt, interiora etiàm vestimẽta, necnõ Tibialia tàm coloris modestia, quàm cultus simplicitate religiosam præseferant humilitatem, nec alatur coma, multòque minùs deferatur fictitia, sub pœnis in citato Edicto contentis.

5. *Can. Omnis iactãtia cũ seqq. 21. q. 4. Trid. ubi sup. Syn. Prov. Neap. l. cit. 1. Syn. Car. Carac. a. 1669. hoc tit. n. 3 1. Concil. Prov. S. Caroli loc. cit.*

6. In omnibus Ecclesiasticis functionibus superpelliceum mundum cum Clericali birreto gerant.

7. Ecclesiasticis quibuslibèt districtè prohibemus, nè quispiam, etiàm occasione itineris, vel per se, vel per alios, audeat arma, laicis etiàm prohibita, ac in prędicto nostro Edicto expressa deferre, sub pœna de Iure inflicta, & in Edicto contenta; quibus pœnis cõerceri volumus omnes, & singulos, qui excesserint decimum octavum annum, secùs verò arbitrio nostro mulctabuntur, firmis etiàm remanentibus pœnis in eodem Edicto impositis pro retentione dictorum armorum domi, etiàm contrà Minores.

6. *Cap. S. quis ex Clericis, hoc tit. Conc. Tolet. 8. cap. 3.*

6. *1. Cõc Prov. Med. S. Car. p. 2. tit. de rat. Div. Offic.*

7. *Can. 1. 23. qu. 8. Cap. Clerici hoc tit. Syn. Prov. Neap. l. c. 2. Syn. Cardin. Philam. a. 1644. d. 2. hoc tit. 1. Synod. Card. Carac. ann. 1669. tit. de arm. usu n. 1.*

8. Caveant Ecclesiastici tempore bacchanalium personatos incedere, vel larvam induere, omnique alio tempore versari de nocte ludicra canendo, sivè musica instrumenta pulsando, aliosque canentes, aùt pulsantes concomitari; Si quis autèm in his deprehensus, vel per legitimos Testes convictus fuerit, pœna carceris formalis ad nostrum arbitrium mulctabitur.

8. *Can. Clericum dist. 46. Cap. cum decorem, hoc tit. Syn. Prov. Neap. l. c. 1. Syn. Card. Caracc. ann. 1669. hoc tit. n. 2. 1 Conc. Prov. S. Car. p. 2.*

9. Prohibemus Clericis in quacumque actione scenica, prophanã quamcumque personam sustinere, aùt aliquid quovis mo-

tit. de armis, ludi is, &c. 9. Can. Non oportet, de consec. dist. 5. Syn. Prov. Neap. l. c. cit.

Digitized by Google

modo recitare, sub pœna carceris formalis, aliisque nostro arbitrio reservatis, quas incurrere volumus etiàm eos, qui prophani spectaculi authores fuerint.

10. 1. Syn. Card. Caracc. Loc tit. nu. 1. 1. Conc. Provin. S. Carl. c.

10. Nullus omninò Clericorum domi, vel suæ habitationis, vel alienę à se conducte, sivè in aliis Officinis lusorium conventiculum publicè habeat, seù cum habente participet, aùt ad illud quovis modo alios ducat, sub pœna carceris formalis ad nostrum arbitrium, & caveant etiàm alii adesse in hujusmodi locis spectatores.

11. Can. Interdixit. Can. Hospitiolum, dist. 32. Can. Quæ vidã, C. Omnibus, C. Episcopis dist. 34. Can. Clericus, C. Sed si fortè. C. Fœminas, dist. 81. Cap. 1. cap. si quisque de cohabit. Cl. & mul. Syn. Prov. Neap. l. c. 3. Syn. Car. Carac. a. 1676 c. 3.

11. Meminerint Ecclesiastici eorum, quę Sacri Canones edixerũt de ipsorum cohabitatione cum mulieribus, etiàm consanguinitatis, vel affinitatis gradu conjunctis, ac proindè eo magis arceant ab eorum servitio ancillas, vel juvenes, vel suspectas.

12. 3. Syn. Card. Caracc. an. 1676. hoc tit. n. 4. 2. Concil. Prov. S. Carol. tit. 2. dec. 32.

12. Nemo etiàm Clericorum doceat mulieres, aùt puellas legere, scribere, canere, sonora instrumenta pertractare, seù quidquid aliud, non impetrata à Nobis facultate, quod si secùs egerit, carcere formali ad nostrum arbitrium punietur.

13. Can. Pervenit cũ seqq. 2. q. 3. Can. Canonum 14. q. 4. Can. Negotiatorẽ cum seqq. dist. 88. Cap. 1. ne Clerici se immisc. cap. 1. et 2. hoc tit. Conc. Later. 3. c. 12. cit. Syn. Card. A. Caraffæ pag. 136. 3. Synod. Card. de Aquav. a. 1612. d. 3.

13. Mercimonia, negotiationes, conductiones alienorum Prędiorum, etiàm per intermediam personam, interdicuntur Clericis, pœnisque Sacrorum Canonum, & aliis ad nostrum arbitrium contravenientes omninò puniri volumus.

14. Cap. scitia. et cap. fin. Nè Clerici, vel Mon. 1. Conc. Provin. Med. S. Car. p. 2. tit. de negotiis, &c.

14. Interdicimus paritèr Clericis exercitium medicinæ, aùt chirurgicę artis, etiàm secluśa carnis incisione, sub pœna per Sacros Canones statuta, aliisque arbitrariis.

15. Non suscipiant tutelas, aùt curas, nisi impetrata à Nobis facultate, neque sine eadem licentia audeant Causidicum, Advocatum, Procuratorem agere in Tribunalibus laicis, sub pœnis nostro arbitrio reservatis.

16. Ad loca, in quę laici ad negotiationes, otiosas confabulationes, & ludos convenire solent, non accedant, consuetudinem procacium, & criminosorum vitent, ab omni convicio, obtrectatione, obscęnisque sermonibus prorsùs abstineãt, & caveant

15. Conc. Rom. sub Silvestro c. 16. Can. Duo sunt 12. q. 1. Cap. Cupiens cum seqq. 21. q. 3. Cap. Sacerdotibus ne Clerici, &c. c. 1. de postulando, & 1. hoc tit. Syn. Prov. Neap. l. c. 16. Can. Non oportet, C. Nullus Presbyterorũ de consec. dist. 5. Conc. Carthag. 4. cap. 57. Trid. sess. 22. de Ref. cap. 1. Syn. Marii Caraffæ ann. 1567. pag. 11. 1. Syn. Card. Caracc. ann. 1669. hoc tit. n. 1.

Digitized by Google

veant secularibus negotiis, & muneribus Ecclesiastico Ordini indecoris sese immiscere, contra dispositionem Sacrorum Canonum.

17. Clericis in obvio maris littore natantibus poenam ducatorum sex aliàs in Synodo præscriptam pro qualibet vice, etiàm non repertis in fragranti, sed legitimè convictis, irrogamus, Pauperibus applicandam. 17 *3. Syn. Card. Caracc. an. 1676. hoc tit. n. 2.*

18. Nullus Sacerdos celebraturus Sacrosanctum Missæ Sacrificium sacerdotalia indumenta sibi imponat, conscius sibi opus esse Sacramentali Confessione, sed antequàm illa induat, confiteatur, nullusque Confessarius Sacerdoti Alba induto aures præbeat ad confessionem.

19. Omnes in sortem Domini vocati inanium, scurrilium, ac impurorum librorum etiàm nominationem abhorreant, sed crebrò evolvant pios, ac eos præsertim, ex quibus in suis respectivè muneribus instructiores reddi possint. 19. *C. Legunt. C. Omnem, C. Legimus, C. Qui de mensa. dist. 1. Syn. Prov. Neap. cap. 23.*

20. Eosdem tandèm enixè hortamur, atque in Domino obsecramus, ut mores correspondeant dignitati, & abiicientes omnia secularia desideria, sobriè, justè, ac piè vivant, in Ecclesia frequentes suo quisque ministerio, ac divino cultui intenti, nihil, nisi sanctũ faciant, aùt cogitent, & ubique modestiam, in Superiores reverentiam, ac obedientiam, ergà alios benignitatem præseferant cum omni humilitate, & patientia, supportantes invicem in charitate, ut tanquàm lucernæ super candelabrum positę omnibus, qui in Domo Dei sunt, illucescant. 20. *Can. His igitur, dist. 23. Trid. sess. cit. 22. de Ref. c. 1.*

De Capitulo, & Canonicis.

CAPVT II.

1. CVM præcipuum huius Cathedralis Ecclesię decus, & fulcrum in Venerabilis Capituli dignitate, & Ecclesiasticis Canonicorum dotibus agnosci debeat, maximè Nobis cordi est, quod Horę Canonicę, omnesque Divinorum Officiorum functiones, & cęremonię assiduo cultu, & ea, qua decet majestate, ritè persolvantur: Qui enim Deo in quo-

Digitized by Google

tidiana psalmodia, jugibusque precibus devotè, & fidelitèr famulantur, alacriores evadunt Ecclesiæ ministri, à quibus adiutrices manus, qua opere, qua consilio Episcopale nostrum ministerium præstolatur, ideòque solidam nacti doctrinam, morum gravitatem, & in rebus agendis solertiam, voce Apostoli, *gaudium, & Corona* nostræ Diœcesis appellari merentur.

Ad Philip. 4. v. 1

Edictum, sivè monitiones ob Chori servitium Cardin. Boncomp. 24. Febr. 1633.

2. Sedulò igitùr observentur ordines, & regulæ providè præscriptæ à bo:me: Cardinali Boncompagno nostro Prædecessore tùm Canonicis, tùm Hebdomadariis pertinentes ad debitam Divinorum Officiorum celebrationem, & Chori servitium.

Trid. sess. 24. c. 12. de Ref.

3. Diebus, & horis, quibus tenentur Choro, aliisque Divinis Officiis interesse, muneri suo diligentèr satisfacere non prætermittant, & non interessentes rigorosè punctentur.

B. Pius V. Constit. Susceptæ 10. Maii 1567. pro Eccles. Cathed. Neap. S. Cong. Conc. 17. Mart. 1619. Syn. Prov. Neap. cap. 27. 1. Concil. Prov. S. Car. p. 2. de eff. punctat.

4. Punctatores pro tempore electi juramẽtum de officio fidelitèr, & accuratè exequendo præstent omninò, habeantque librum decentem, & chartulatum præcipua cura custodiendum, in quo non interessentes, vel alitèr deficientes debebunt adnotare, ac punctaturarum notam, quoties fuerint requisiti, ad Nos incunctanter deferant.

Syn. Prov. Neap. c. 26. 1. Conc. Provinc. Med. S. Car. p. 2. de eff. eius, qui Choro, &c.

5. Simili juramento obstringantur Chori Præfecti, quibus omnimodam vigilantiam commendamus, ut Divina Officia piè, & Religiosè concelebrentur, nec cantu perturbato, vel celeri, & confuso, sed modulato, & distincto.

Hinc emanatum fuit Edictum, sive Tabella horar. etc. pro Cathed. ex ipsa S. I. Synod.

6. Renovetur Tabella horarum, quibus Divina Officia peragenda erunt, eaque continuò pendeat à loco Chori apto, nec horæ in ipsa Tabella præscriptæ prætereantur.

1. Conc. Prov. S. Carol. par. 2. tit. Quomodo versandum &.

7. Colloquia habentes intrà Chorum, etiàm ante principium recitationis Divini Officii, punientur pœnis ad nostrum arbitrium.

Ad cap. bis quæ. de maiorit. & obed. 1. Syn. Card. de Aqua a. 1607. d. 13. 3. Conc. Prov. S. Car. it. de iis, quæ ad Capitulum.

8. Pro rebus cõmunibus, & Ecclesiæ pertractãdis convocetur Capitulũ quolibet mense ea die, quæ commodior erit Canonicis occasione alicujus Anniversarii, cui debent omnes interesse, & pro quolibèt Capitulo dividãtur inter interessẽtes trigînta caroleni ex massa communi ipsius Capituli, nullusq; habeatur pro interessente, qui ab eo adhùc non integrè cõpleto discesserit, dictaque dies, qua Capitulum convocabitur, notificetur per affi-

xio-

Digitized by Google

xionem Tabellę in Sacriſtia Dominica præcedenti, ac notificatio ſic peracta habeat vim legitimæ intimationis.

9. Ceterum ſi aliquid repentinum contigerit, quod requirat celeriorem Capituli convocationem, convocetur quotiès opus fuerit more ſolito, & hortamur omnes, ut intersint.

10. Nunquàm verò convocetur Capitulum horis intereſſendi in Choro, & ad Divina Officia concelebranda deſtinatis. 10. *Sac. Congr. Conc. 11. Febr. 1593. & S. Rit. Congreg. 17. Novembr. 1600. 1. Conc. Prov. S. Carol. p. 2. tit. de iis, qui dignit.*

11. Negocia pertractentur in Capitulo abſque contentionibus, ſed quiſque cum omni modeſtia, & fraterna charitate proferat ſententiam ſuam, reque diſcuſſa, capiatur demùm reſolutio per vota ſecreta, & quod majori parti viſum fuerit, ſub pœna nullitatis actorum, redigatur ſtatim per Canonicum Secretarium in librum Actorum Capituli. 11. *Cit. 1. Syn. Card. de Aquav. l. c.*

12. Si gravitas negotii ſuadeat ſatiùs eſſe differri reſolutionem eo die, quo proponitur, differatur ad aliud Capitulum, ut matura ſit deliberatio. 12. *4. Conc. Provinc. S. Caroli hoc tit.*

13. Dum tractandum eſt negotium quomodolibèt ſpectãs ad aliquem ex Canonicis admonebitur à Cellarariis, ut exeat, nec redeat, niſi eo negotio reſoluto. 13. *Sac. Cong. Epiſc. 14. Martii 1615.*

14. Canonici, Pœnitentiarius, & Theologus obſervent Decreta Sacrarum Congregationum in ſuis muneribus obeundis.

15. Cellararius Hebdomadariorum ſciat ſibi non deberi portionem in funeribus, & exequiis, niſi illis perſonalitèr interfuerit.

16. Organiſta munere ſuo ipſemet fungatur, aliàs punctetur, utque ei proprię obligationes innoteſcant, ſemper in Sacriſtia habeatur affixa Tabella dierum, quibus Organum pulſare tenetur. 16. *Vt ex Edicto noſtro, ſive Tabella ſup. cit. n. 6. & Edicto Card. Boncompagni ſup. cit. n. 2.*

17. Quę autèm de noſtris Canonicis præſcripſimus, etiàm ab Hebdomadariis reſpectivè ſervari jubemus.

Digitized by Google

De Seminario.

CAPVT III.

1. SAnctus Carolus ſublime Epiſcopalis ſolicitudinis exemplar, & ſalutarium Sacroſancti Concilii Tridentini ſanctionum acerrimus aſſertor, inter tot mira, & egregia zeli, ac pietatis opera quamplurima erexit in Mediolanenſi Diœceſi Collegia, in quibus Adoleſcentes optimis moribus, & Eccleſiaſticis diſciplinis inſtruuntur, ut poſtmodùm munera Parochi, Concionatoris, Confeſſarii, Miſſionarii, magno cum animarum lucro implere, pravos mores evellere, immò hæreſes ultrà Alpes propulſare felicitèr ſtuderent. Liceat quoque benè ominari de prædilecto noſtræ Cathedralis Seminario, ubi Alumni morum candore, ingenio, paupertate, & exigentia locorum totius Diœceſis tantùm commendati, & abſque vlla perſonarum acceptione per concurſum arbitrio noſtro ſeligendi, Convictores vero diligenti quoque examine aſſumendi, in quotidianis pietatis exercitationibus verſari, Eccleſiæ ſtatutis diebus religiosè inſervire, Cantum Gregorianum, & Sacras Cæremonias diligentèr addiſcere, linguæ non minus Latinæ, quàm Græcæ, ut Sanctorum Patrum doctrinam ab ipſiſmet fontibus haurire valeant, Philoſophiæ, ac Theologiæ, tùm ſpeculativæ, tùm Morali, nècnon Sacrorum Canonum ſcientia ſedulam operam nauare nituntur: Porrò, ut in hac Sacræ Militiæ palæſtra Tyrones (præſertim, qui deinceps in Domo Sacerdotum Miſſionis cum Eccleſiaſticæ diſciplinæ incremento innocentiam vitæ iuvenilis ætatis periculis obnoxiæ ſervantes, fructum dare poterunt in tempore ſuo, præcipuè in adminiſtrandis Parœciis ab Alumnis nullatenùs recuſandis) majori in dies virtute proficiant, & Beneficiorum ſtipendia dignioribus elargienda mereantur, exactam ſequentium regularum obſervantiam ſtrictè præcipimus.

Triden. ſeſſ. 23. de Ref. cap. 18. S. Carol. in Inſtit. ad Semin. regimen pertin. p. 1. c. 1. 2. & 9. Inter Acta Eccl. Med. p. 5. & p. 3. c. 1.

Can. Omnis ætas. Ex Conc. Toletan. 4. c. 23. & Can. Neceſſaria. 12. q. 1. C. In omnibus, de cõſec. diſt. 5. Innocen. III. in Conc. Lateran. c. 11. rel. in cap. quia nonnulli. de Magiſtris.

2. Statuimus ergò, quod Alumni antequàm admittantur ad Seminarium, obligent ſe in forma valida cum idonea fideiuſſione Parentum, ſeù conſanguineorum, vel aliorum, quod comple-

Digitized by Google

pletis ſtudiis, ſi nobis ità videbitur, conferent ſe ad convictum domus dictorum Sacerdotum Miſſionis, ibique permanebunt prompti ad noſtrum nutum, non recuſaturi, immò ſemper, & omni tempore acceptaturi, vel Parœcias, vel Coadiutorias, ad quas Nobis videbitur eos promovere, ſivè alia munera ipſis pro ſalute animarum deſtinanda, quodque in vacationibus Parœciarum comparebunt ad concurſum indicendum, ad formam Sacri Concilii Tridentini, alitèr teneantur reſtituere Seminario ſumptus pro perceptis alimentis, quos ad effectum reſtitutionis huiuſmodi, ex nunc taxamus in ducatis triginta ſex quolibet anno, quod in obligatione facienda à quolibet Alumno, & fideiuſſione præſtanda expreſsè ſpecificetur.

2. *Ad mentem Trid. l.c. & eiuſd. S. Car. eiuſq. praxim, ut in cit. Inſtit. cap. 10. §. Nullus. necnon prax. huius Eccleſ. Neap. ſub Cardin. Boncomp. Archiep.*

Triden. ſeſſ. 24. de Ref. cap. 18.

3. Tàm Alumnis, quàm Convictoribus, non impetrata à Nobis, vel ſaltèm à Rectore Seminarii facultate, extrà ſepta illius pernoctare non liceat, & dùm alicui concedetur licentia accedendi ad proprias domos, ſi is præſcripto non revertatur tempore, non ampliùs admittatur in Seminarium, niſi Nobis permittentibus.

3. *Ex cit. Inſtit. S. Carol. c. 5. §. Clerici, & p. 3. cap. 7. §. Ea tantum.*

4. Tempore Bacchanalium inhibemus Alumnis, & Convictoribus reditum ad proprias domos, & contravenientes huiuſmodi prohibitioni, expellantur omninò à Seminario.

5. Per ferias Autumnales, cum ad proprias domos permittitur remeare, nullus revertatur ſine literis teſtimonialibus Parochi, in cujus Parœcia moratus eſt, quibus doceatur, ſe qualibet Dominica Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramentis refectum fuiſſe, diebus Feſtis Eccleſiæ inſervisſe, fideique rudimenta ſtatutis diebus, & horis, vèl docuiſſe, vel ſaltèm eorum explanationi interfuiſſe.

5. *Ex cit. Inſtit. S. Carol. cap. 7. §. Cum aliqua.*

6. Dùm aſſiſtunt Choro, abſtineant Seminariſtæ ab omni colloquio cum aliis, ſub pœna ad noſtrum arbitrium, ſed omnis ipſorum actus redoleat modeſtiam, ac religioſam devotionem, ſintque etiàm attenti cęremoniis Eccleſiaſticis, ut eis rectè, ut par eſt, imbuantur.

6. *Ex cit. Inſtit. p. 3. cap. 3.*

7. Præſtent Seminariſtæ omnimodam reverentiam, & obedientiam Rectori, alitèr pro modo culpæ punientur, etiàm ejectione.

7. *Id. S. Carol. c. p. 3. cap. 3.*

8. Re-

Digitized by Google

8. Præſertim à Card. de Aquav. & Car. Philam. ordinata, ac Typ. trad. ann. 1642. necnon recognita, ac renovata atque reimpreſſa hoc anno 1694.

8. Regulæ Seminarii à Prædeceſſoribus noſtris præſcriptæ, & à Nobis recognitæ ſerventur ab omnibus in Seminario degentibus adamuſſim, proùt etiàm ex zelo Miniſtrorum ſperamus.

9. Id. S. Carol. in cit. Inſtit. p. 3. cap. 1. §. Adoleſcentes.

9. Hortamur denique Seminariſtas, ut ſedulò advertant cuius gratia Sacri Concilii Tridentini præſertim decreto inſtituta fuerint Seminaria, idque animo revolventes ſedulò intendant, ut illud, Divina ope ſuffragante, ad Animarum ſalutem, ad Eccleſiæ utilitatem, & Paſtorum ſolatium aſſequantur: Magiſtri autèm Seminarii hæc ipſis inſtillent, ac non minori charitate, quàm diligentia, eoſdem erudiant, præbentes etiàm exemplum vita, ac moribus, ut Adoleſcentes, quem talem norint, & experti fuerint, valeant imitari.

De Parochis.

CAPVT IV.

1. PAſtorale, & graviſſimum Parochorum munus implere ſatagant Viri Apoſtolico zelo præditi; quippè, qui ab Evangelica Parabola edocti aſſimilari debent *homini negotiatori quærenti bonas margaritas*, animas ſcilicèt ſuæ curæ commiſſas, & nè, vel una pretioſa depereat, omnia ſuà bona vendere, nempè accepta ab omnium bonorum largitore talenta, ſanam doctrinam, ſedulam operam, impigrum laborem, & vigilantiam, paternæ charitatis fervorem, ipſoſque Eccleſiaſticos proventus ad mentem Sacrorum Canonum impendere tenentur: Imò talem de concrediti gregis diſcrimine ſolicitudinem gerant, ut unuſquiſque eorum meritò cum Apoſtolo dicere valeat: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non uror?* Porrò Paſtorum imperitia, & ſocordia voce veritatis increpatur, cùm per Prophetam dicitur: *Ipſi Paſtores ignoraverunt intelligentiam*, & tenentes legem neſcierunt me; idcircò ſugillantur Mercenarii cognomento per Sacri Concilii Tridentini, & Eccleſiaſticarum Conſtitutionum, quas enixè iniungimus, obſervantiam penitùs abolendo.

Matth. c. 13. v. 45.

2. ad Corinth. c. 11 v. 29.

Iſaiæ c. 56. v. 11.

Triden. ſeſſ. 23. de Ref. cap. 1.

2. Quæ

Digitized by Google

2. Quæ igitùr à Parochis adimplenda præscripsimus præcedentibus Decretis cap. de Doctrina Christiana, cap. de Prædicatione Verbi Dei, cap. de Sanctorum, & Festorum dierum cultu, cap. de Ieiunio, cap. de Sacramentorum administratione, cap. de Baptismate, Eucharistia, Extrema Vnctione, & aliis Sacramentis in specie, in cap. de Vita, & Honestate Clericorum, ac alibi, quàm exactè ipsi Parochi exequantur, alioquin subituri pœnas in prædictis Decretis statutas.

3. Antequàm Parochi possessionem Parœciæ sibi commissæ adipiscantur spiritualibus Exercitiis per decem dies cõtinuos in Domo Missionis ab omni rerum terrenarum aspectu, & cogitatione segregatos sese committant, ut præsertim qua solicitudine, qua charitate gregem ipsis creditum dirigere oporteat, sedulò recolant. 3. *Ex. 5. Conc. Prov. Med. S. Car. p. 3. ut supra p. 2. cap. 1 n. 13.*

4. Et si quemcumque Coadiutorem nostra authoritate approbatum habeant, ipsimet per se, tanquàm Pastores, & non Mercenarii, nisi sint legitimè impediti, Sacramenta suis Parochianis administrent, ac præsertim infirmis, quibus assidua diligentia assistant, eisque omnia debitæ pietatis officia conferant, sicùt peculiaritèr statuimus, utque etiàm in casibus repentinis morientium necessitatibus præstò esse valeant, non deserant Parœciam, nisi cogente necessitate. 4. *4. Conc. Lateran. c. 32. cap. extirpanda, §. qui verò. de Præbend. cap. licet de elect. in 6. Trid. l. c. Sac. Cong. Episc. in* Tarentin. *28 Febr. 1614.*

5. Dùm Processionibus, aliisque actionibus ex officio interesse debent, relinquant Coadiutorem, si habent, sin minùs ad eam temporis necessitatem dum taxàt alium Sacerdotem idoneum, & approbatum substituant, per quem Sacramenta, quæ differri nequeunt, debitè ministrentur. 5. *1. Syn. Car. Car. a. 1669. tit. de Procession. n. 5.*

6. Si accersitum Parochum in aliquo casu repentino ad finem ministrandi Sacramenta Infirmis, ac morti proximis aliqua de causa abesse compertum fuerit, liceat vicinioribus Parochis Confessionis, Viatici, ac Extremæ Vnctionis Sacramenta sic extremè laborantibus ministrare, citrà tamèn proprii Parochi, suorumque iurium, præiudicium. 6. *6. Syn. Card. Philipp. an. 1565. n. 7. 1. Syn. Card. Car. ann. 1669. de Sac. adm.*

7. Qui habent Ædes Parochiales Ecclesiæ coniunctas, ibi habitent, ac præsertim Parochi Casalium, secùs autèm intrà ejusdem Parœciæ fines domum conducant quam proximam po- 7. *1. Syn. Card. Bonc. comp. ann. 1629. hoc tit.*

Digitized by Google

poterint Ecclesiæ, sub gravi pœna ad nostrum arbitrium decernenda.

8. *Trid. sess. cit. Sac. Cong. Conc. in* Civit. Castellan. *26. Aug. 1628. et 1. Sept. 1629. ac* Hydruntin. *13. Febr. 1639.* Romana *17 Iul. 1649.* Clusin. *5. Iul. 1670. ac tandem in* Lucana *1. Maii 1681.*

8. Sciant Sacrificium Missæ singulis Dominicis, ac Festis diebus applicandum esse à Parochis pro Populo, juxtà Decreta Sacræ Congregationis Concilii.

9. Ægrotantis Parochi, & Animarum ei commissarum salutem viciniori Parocho ità commendamus, ut ejus, earumque curam obligatus gerat, nisi Parœciæ sit de Coadiutore, ex nostra permissione, provisum.

9. *1. Conc. Provinc. S. Car. p. 3. dec. 15. et 6. Prov. eiusd. hoc tit.*

10. Parochi Casalium singulis quibusque Festis diebus intrà Missarum solemnia observent Decretum de explanatione genuini sensus Evangelii currentis, de exponendis Populo præcipuis Christianæ Fidei Mysteriis, & de recitando Italico sermone Symbolum Fidei, Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Decalogum, ut statuimus parte prima, cap. de Doctrina Christiana, & Prædicatione Verbi Dei.

11. *Syn. Prov. Neap. cap. 33.*

11. Invigilent omnes Parochi, nè Adolescentes, qui per ætatem, ac maturiorem judicii usum Sacramentorum Pœnitentiæ, atque Eucharistiæ capaces videntur, diutiùs hoc Cœlesti dono privati remaneant.

12. Aquam lustralem propè ianuas Ecclesiæ in suis Vasculis mundis sempèr servabunt, quam saltèm semèl in mense renovabunt, vetere in Sacrarium immissa.

13. *S. Car. in Act. Eccl. Med. p. 7. in Instruct. pro gdium ven. di . . Novarin.*

13. Dùm domos Parochianorum in Hebdomada Maiori, vel per se, vel per alium, aquæ lustralis aspersione expiabunt, caveant, nè eam lustrationem præstent domibus Meretricum, & Concubinariorum.

14. Paterno affectu, opportunis cohortationibus, ac monitis dissidia, & contentiones intèr suæ Parœciæ subditos exortas in neutram partem plùs æquo propensiores studeant componere, penitusque evellere, odii, atque inimicitiæ semina, multòque magis submovere rixas, & contentiones intèr Sacerdotes, & Clericos, quæ solent in Populo scandala gignere graviora.

15. *3. Conc. Lateran. in append. tit. de alienat. c. 2.*

15. Ecclesiarum, & Altarium cultum, Sacrorumque suppellectilium nitorem, atque honestatem à se præcipuè requirendam meminerint, nèc patiantur Altaria, quæ habent Patronos præ-

Digitized by Google

prædicto cultu carere, sed eosdem Patronos moneant, & ipsis non providentibus ad Nos deferant.

16. Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum eo decore, atque ornatu asservari curent, quo servandum esse præscripsimus, & reliqua Sacramenta omni cura, & munditie suis locis prompta, & repentinis usibus commoda servent.

17. Laudabilem, ac Religiosam consuetudinem recitandi cum cantu in Ecclesiis per Festos, seù certos alios dies Rosarium Beatæ Mariæ Virginis usu comprobent, & omni cura pietatem, ac Dei cultum in Populis, aùt confirment, aùt promoveant.

18. Habeant libros necessarios pro bona directione Animarum, & proprii muneris debito adimplendo, ac præsertim Sacrum Concilium Tridentinum, Catechismum, Rituale Romanum, hasque nostras Synodales Constitutiones. 18. *Can. Ignorantia. C. Nulli. C. Quæ ipsi dist. 38.*

19. Ad usum autèm Ecclesiæ habeant libros in aliis Decretis enunciatos, nempè Baptizatorum, Matrimoniorum, & Defunctorum, in quibus curent diligentèr, & accuratè describere omnia, & singula, quæ in eisdem Decretis ediximus, nèc utantur notis arithmeticis, sed literis extensis ad annorum, mensiũ, & dierum, ac cuiuscumque rei numerum exprimendum; ad singulas tamèn paginas numerum arithmeticè præscribant: Et prætèr hos libros, habeant etiàm alium, in quo describantur onera omnia, tùm Missarum, tùm Officiorum suæ Ecclesiæ, & rursùs alium, in quo dietim adnotetur satisfactio ipsorum onerum. 19. *Triden. sess. 24. de Ref. matrim. c. 1. Rit. Rom. in form. scrib. in libris, etc. 1. Syn. Card. de Aquav. a. 1607. d. 5. 1. Card. Carac. an. 1669. tit. de sepult. dec. 5.* *Ex dec. sup. cit. ubi de S. Missæ Sacrif. p. 3. c. 1. n. 15. et 16.*

20. Omnes prædictos libros, ac præcipuè, tùm baptizatorum, tùm matrimoniorum, & Defunctorum, non solùm sui temporis, sed veteres etiàm suorum Prædecessorum diligentèr sub clavi custodiant, nullique tradant legendos, nisi ipsis præsentibus, & animadvertentibus, ut omnis mali possibilis tollatur occasio.

21. Hæredes, consanguinei, & Affines Parochi defuncti nõ audeant aliquid ad Ecclesiam pertinens, è domo ab eo inhabitata amovere, vel asportandum mandare, sub pœna excommunicationis ipso facto, qua etiàm innodatum esse volumus quicumque, Parocho ægrotante, ausus fuerit incidere, seù inciden-

Digitized by Google

das mandare arbores fructiferas, vel infructiferas in Ecclesiæ prædiis existentes, etiàmsi tempus incisionis advenerit.

22. Parochi, etiã Casaliũ, quorũ testimoniũ debebunt omninò exhibere promovendi ad Ordines de servitio præstito Ecclesiæ, de frequentia Sacramẽtorũ, de vita, & moribus, ac de exercitio Doctrinæ Christianæ, fidelitèr sese in hoc munere gerant, aliàs severioribus pœnis nostro arbitrio punientur, ultrà gravem reatũ, quem coràm Deo contracturi sunt: quarè in margine attestationis, quàm sunt daturi, præsertim de exercitio Doctrinæ Christianæ adnotent, Si promovendus defecerit aliquãdò, & quotiès: necnòn ad assistentiam præfatis omnibus per singulas Dominicas registrandam, librum ad id ordinatè compactum habeant.

22. 2. Syn. Cardin. Caracc. an. 1672. hoc tit. n. 1. & 3. eiusd. a. 1676. de ord. d. 1

23 Pro huiusmodi, alijsque attestationibus quarumcumq; denunciationũ, & fide qualibet extrahenda ex libris Parochialibus, nil plùs exigant, quàm ipsis permittitur in Taxa emolumentorum, in fine Synodi apponenda, unà cum Taxa pro Vicarijs foraneis.

23. 1. Syn. Cardin. de Aquav. a. 1607. d. 14. et 1. Card. Boncomp. an. 1627. hoc tit.

24 Promovendi ad Parochiales Ecclesias præditi omninò sint ætate, doctrina, morumque probitate, ac alijs requisitis à Sacris Canonibus, & Concilio Tridentino, & hic iterùm monemus Examinatores Synodales, ut absque ulla Personarum exceptione, tàm fidelitèr se gerant, ut rei gravitas exigit.

25. Sac. Rit. Congr. ut in 4. Syn. Cardin. Caracc. a. 1680. de Sacram. d. 5. Syn. Prov. Neap. c. 33.

25 Benedictiones Ouorum, aliorumque Comestibilium tempore Paschali, quæ ad solos Parochos spectant, ex Decreto Sacr. Rituum Congregationis non fiant ab alijs, vel in alijs Ecclesijs absque Parochorum licentia, sub pœna ad nostrum arbitrium, & ab ipsis Parochis non peragantur prætèr Ecclesiæ Ritum, nec unquam in viâ publica, sed antè Fores Ecclesiæ.

26. Sac. Cong. Conc. in Antuerpien. 18. Novembr. 1662. Syn. Prov. Neap. à Greg. XIII. approb. c. 13. 1. Syn. Card. Caracc. an. 1669. tit. de matr. n. 5. 1. Conc. Prov. S. Carol. p. 2. Quæ pert. ad Bapt.

26 Mulieres post partũ ad Ecclesiam accedentes ex laudabili consuetudine, Deo gratias acturæ, & benedictionem petituræ, eam à proprijs tantùm Parochis in eorum Ecclesijs recipiãt, taleque munus cuicumque alij interdicimus.

27. Sac. Rit. Congr. 4. Iulii 1620. Syn. Prov. Neap. c. 33. ex 2. Syn. Cardin. Caracc. an. 1672. hoc tit.

27 Cùm etiam benedictiones Domorum circa Festa Paschalia sint proprium munus Parochorum, nullus, sive ex Secularì, sive Regulari Clero audeat huiusmodi benedicendi Domos ministerium sibi assumere, sub pœnis ad nostrum arbitrium.

28 Parochi in explenda benedictione Fontis Baptismalis præ-

Digitized by Google

præscripta in tit. de Baptismate, non tradant alicui illam aquam veterem, quam aliquando expeti sub ficto deuotionis prætextu compertum est ad superstitiosos vsus, nec ab vllo accipi permittant, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. 28. 1. Syn. Card. de Aquav. a. 1607. d. 16. Syn. Archiep. Marii Caraffæ ann. 1567. pag. 3.

De Clericis Collegiatarum, aliisque Clericis Confratribus nuncupatis, & Ecclesiarum Rectoribus.

CAPVT V.

1. PRædecessorum nostrorum statuta novo robore confirmantes, edicimus, quod in Collegiatis Ecclesiis, Congregationibus, aùt Collegiis quibuscumque Cellararii, Oeconomi, sivè Collectoris munus duret tantummodò per annum, nisi pro minori tempore eligi consueverit, nec saltèm anno elapso ad idem officium quis immediatè confirmari, vel denuò eligi possit, nisi nostra specialis licentia in scriptis præcesserit, & nisi cõcurrentibus votis omnibus singulorum de Collegio, alioquin, tùm confirmatus, seù de novo immediatè electus exercere munus præsumens, tùm confirmantes, seù denuò eligentes ducatorum centum ad pios usus applicandorum pœna mulctentur, ipsamque, sivè confirmationem, sivè novam electionem ex nunc irritam, & nullam declaramus. 1. Syn. Prov. Neap. t. 47. Syn. Card. A. Caraffæ an. 1564. pag. 162. Marii Caraffæ an. 1567. pag. 8. 1. Syn. Car. de Aquav. a. 1607 d. 12. 1. Card. Bõcomp. an. 1627. tit. de Cellararijs. 1. Card. Philam. a. 1642. d. 7. & 4. eiusd. a. 1649. d. 6. 1. Car. Caracc. a. 1669. hoc tit. d. 4.

2. Idque etiàm servari volumus à Cathedralis nostrę Canonicis, Hebdomadarijs, aliisque Beneficiatis quarumcumque Ecclesiarum Collegium constituentibus sub eisdem enunciatis pœnis, aliisque ad nostrum arbitrium. 2. cit. Syn. Marii Caraf. ut sup. 1. Car. de Aquav. d. 12. & cit. Card. Philam. a. 1649. d. 6. et eid. Card. Carac. loc.

3. Expleto demùm Cellarariatus, Oeconomatus, muneris-que anno, sub pœna ineligibilitatis imposterum ipso facto incurrenda, quavis consuetudine non obstante, iuxtà Synodi Provincialis dispositionem, administrationis expletæ rationem quivis reddere teneatur. 3. Ex decr. Synod. et Provincial. ut sup. n. 1.

4. In omnibus, & singulis Ecclesiis, in quibus adest Clericorum Congregatio, bonorum omnium mobilium, & immobi- 4. 1. Syn. Cardin. de Aquav. a. 1607. d. 10. et 3. eiusd. ann. 1612. d. 4.

Digitized by Google

lium, sivè iurium, &c. ad prædictas Congregationes, Ecclesias, seù Collegia pertinentium scripturæ in Archivio, peculiari diligentia custodiantur, cui præsit aliquis de Collegio, sivè Congregatione, prævio iuramento per ipsum præstando de prædictis scripturis fidelitèr servandis.

5. *Ex cit. Syn. 1. et 3. Card. de Aquav. ut sup. n. 4.*

5. Nulla ex prædictis scripturis de Archivio depromatur absque Collegii consensu, nec in officio successores valeant munus assumere, nisi à prædecessoribus fuerint eisdem, tàm scripturæ prædictæ, quàm sigillum, & crux Collegii mediante fideli inventario traditæ, sub pœnis ad nostrum arbitrium irrogandis.

6. *Syn. Prov. Neap. cap. 47. Syn. Card. A. Caraf. pag. 161. 4. Card. Philam. an. 1649. d. 10.*

6. Fratantiæ, aùt Diaconatus, sivè ius deferendi, associandi, aùt sepeliendi Defunctos, sivè, quod etiàm ius sepulturæ nũcupari solet, nequaquam per quoscumque, sivè Confratres, sivè Portionarios, sivè Clericos, aùt Diaconos antiquitùs nuncupatos, per quodcumque tempus, etiàm breve, locentur, aùt conducantur, sub pœna privationis officii, & beneficii: hujusmodi autèm illicitos locationis, & conductionis contractus nullos, irritos, & inanes esse decernimus, ac propterea pecunias solutas, & solvendas ex hac causa applicari volumus Ecclesiæ Parochiali, aliisque piis usibus ad nostrum arbitrium.

7. *Syn. Prov. Neap. cit. cap. 47.*

7. Nullus fungatur munere Cellararii in duobus locis, nullusque ex Confratribus, licèt pluribus Confraternitatibus, vel Collegiis adscriptus, & in eis beneficiatus, particeps sit, nisi in una, vel uno dumtaxàt, quod maluerit, si omnes ad idem funus convocentur.

8. *2. Syn. Card. Philam. an. 1642. d. 6. 1. Card. Carac. an. 1669. hoc tit. d. 3.*

8. Pro adiunctis supra consuetum numerum in funeribus peragendis Cellararii non admittant, nisi constitutos in Sacris, vel saltèm in prima Tonsura, aùt in Minoribus Ordinibus, sub pœna decem aureorum piis usibus applicanda, ac suspensionis à Divinis ad integrum mensem.

9. *Syn. Prov. Neap. l. c. 3. Syn. Card. de Aqua. a. 1612. d. 7.*

9. Provisi de Fratantiis, easque obtinentes in Civitate, vel Diœcesi, debent personalitèr munus obire, ac ideò residere; si autèm quispiam per annum absque nostra licentia abfuerit, sine legitima causa, procedetur contrà sic absentem, iuxtà Canonicas sanctiones, ac aliàs proùt de iure.

10. *cit. Syn Cardin. de Aqua. a. 1612. l. c.*

10. Cellararii autèm etiàm non absentium, sed non inservien-

Digitized by Google

vientium Confratrum notam Nobis, vel noſtro Vicario Generali deferant, ut poſſit opportunè provideri.

11. Abuſum Hebdomadariorum, ſeù Clericorum Confratrum ſubſtituendi alios ſuo loco in funeribus, & per alios inſerviendi penitùs reiicimus, ac reprobamus, nulluſque Cellararius hujuſmodi ſubſtitutos admittat, nec ſubſtituentes, nec ſubſtitutos emolumentorum participes faciat; perindè ac ſi funeri non intereſſent, niſi ex Apoſtolicæ Sedis privilegio, vel alia legitima cauſa à Nobis approbanda eis facultas ſubſtituendi indulgeatur, quibus, proùt etiàm infirmis, non intendimus præjudicare; & Cellararius, qui fecerit ſubſtituentes, vel ſubſtitutos participes, contrà formam præſentis Decreti, ſubjaceat qualibet vice pœnæ ducatorum ſex locis piis applicandæ. 11. 1. Syn. Card. Caracc. an. 1669. hoc tit. c. 5.

De Sanctimonialibus.

CAPVT VI.

1. VErè *flores apparuerunt in terra noſtra*, cum in Agris Eccleſiæ uberrima meſſe candentibus Cœleſtis Paterfamilias concluſos ſibi hortos ſelegit, ubi Sacræ Virgines, veluti florentes Nazareni Areolæ, & *plantatio Roſæ in Iericho* nuptialem thalamum Divino Sponſo, *qui paſcitur inter lilia*, exornant. Profectò *Chriſti bonus odor* reperitur, ubi Sanctimoniales, quæ cum Maria optimam partem elegerunt, fracto ſeculi alabaſtro, ſuavem regularis obſervantiæ Myrrham ad pedes Salvatoris effundũt, & in cordibus ſuis charitatis igne, aſſiduiſque precibus accenſis, gratiſſimum adolent Thymiama, tanquàm piaculare votum, quo Divina contrà mortales placatur indignatio; *aſcendit* enim *fumus aromatum in conſpectu Dei* de manu earum, quæ Angelicam ferè vitam profitentur: Vndè quo pretioſior eſt theſaurus, eò vigilantior debet eſſe cuſtodia, quam per Conſtitutiones à Prædeceſſoribus noſtris ſapienter ſancitas, & à Nobis approbatas, enixè commendamus. Cantic. c. 2. v. 12. Ibid. c. 4. v. 12. Eccleſ. c. 24. v. 18. Cantic. cap. 2. v. 16 2. ad Corinth. c. 2. v. 15. Luc. cap. 10. v. 42 Apocal. cap. 8. v. 4.

2. Vt igitur Moniales reddantur alacriores in via perfectionis, adhibeant ſalubre medium exercitationum ſpiritualiũ in- 2. Ex lit. circ. S. Cong. Epiſc. & Regul. de mandat. Innoc. XI. 9. Oct. 1682.

Digitized by Google

iniunctum à fa: me: Innocentio XI. ac illas saltèm semèl in anno per decem dies continuos ea, qua par est, spiritus recollectione, piè ineant, ac præstent.

3. Ex lit. præcit. de mand. Innoc. XI.

3. Novitiæ etiàm solemnem professionem emissuræ, ut vitæ, cui se sanctè adstringent, rationem diligentiùs perpendant, ac proindè re tota, & accuratiùs considerata puriori mente, & ardentiori animi voluntate ad rem tanti momenti accedant, priùs in eisdem decendialibus exercitationibus versentur.

4. Clem. de st. Monach. cap. attendentes. S. Cong. Episc. & Reg. in Neapolit. 13. Apr. 1583. & Mediolan. 26. Novembr. 1619. Syn. Prov. Neap. c. 53. Syn. Card. A. Carafæ a. 1564. pag. 177. in Instit. de vita, & hon. Moniali. 4. Syn. Card. Phil. an. 1649. eod. tit. n. 7. et seqq.

4. Absit à Sacris Virginibus omnis umbra vanitatis, ac ablegetur quilibet fucus, capitis, seù capillorum concinnatio, corporisque ornatus; & quicquid sivè in habitu, sivè alitèr sanctæ poterit honestati tantisper detrahere.

5. 7. Syn. Card. Phil. ann. 1662. dec. 13. 4. Syn. Card. Caracc. an. 1680. hoc tit. n. 2.

5. Puellæ, quæ gratia educationis degunt in Monasteriis, cum conveniat ipsis se conformari religiosis moribus, non utantur habitu curioso, vel vestibus minùs modestis, ut alio Decreto Synodali nostrorum Prædecessorum cavetur, utque etiàm edicitur in licentia Sacræ Congregationis, ac Abbatissæ, sivè Superiores ipsorum Monasteriorum seriò invigilent pro omnimoda observantia peculiaris ordinis à Nobis desupèr habiti.

6. S. Cong. Episc. 28. Martii 1588. et 27. Maii 1603.

6. Nulla autèm Puella recipiatur in educationem, nisi excesserit septimum ætatis annum, & nisi cum præcedenti licentia Sacræ Congregationis, & nostra.

7. Ad Trid. sess. 25. de Regul. cap. 5. S. Cong. Episc. in Neapolitana 22. Martii 1580. Taurinen. 10. Iunii 1650. 4. Syn. Card. Phil. a. 1649 d. 20. §. Nec masculus. et 7. eiusd. ann. 1662. dec. 11. 1. Cardin. Caracc. an. 1659. hoc tit. In 1. Edict. Synod. §. Quæ à Rota. 3. eiusd. a. 1676. hoc tit. n. 1.

7. Inhærentes aliis decretis Synodalibus nostrorum Prædecessorum denuò præcipimus, ac jubemus Abbatissis, Priorissis, Monialibus professis, Novitiis, Educandis, Conversis, & aliis quibuscumque, ac cuilibet ipsarum, nè audeant, vel audeat, sivè per Rotas, sivè per alias partes introducere in sua Monasteria Infantes, sivè masculos, sivè fœminas sub quovis prætextu, etiàm ætatis minoris septènio, vel alio quæsito colore, sub pœna violatæ clausuræ, & excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrendæ, etiàmsi dicti infantes non extrahantur à Rota, sed in ipsa remaneant ex parte clausuræ.

8. S. Cong. Episcop. et Regular. in Bononiensi 15. Decemb. 1617.

8. Cum deceat locum destinatum pro pascendis Monialibus Sacra Eucharistia ad alium usum adhiberi, prohibemus aliquid extrahi ex Communicatoriis, etiàm pro servitio Ecclesiæ, ac proindè, excepto tempore Communionis, semper clausa sint,

Digitized by Google

sint, & clavis retineatur per Abbatissam, seu Superioram Monasterii.

9. Vt etiàm reverentia debita Ecclesiis sartatecta sit, nemo Virorum, etsi facultatem habeat alloquendi Moniales, aùt Educandas, aùt alias in Monasterio commorantes, alloquatur eas à Cratibus Ecclesiæ, à Communicatoriis, Confessionalibus, aùt Rotis ibidèm positis, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, & Nobis reservatæ: Sacristæ tamèn, aùt Clerici, quibus ad prædicta loca loqui necesse fuerit, id solùm poterunt, quo tempore Missæ celebrantur, sivè etiàm per diem, occasione alicujus solemnitatis, de iis tantùm rebus, quæ ad ipsorum munus spectant, & brevi spatio; & contravenientes subjaceant eidem excommunicationis pœnæ, ut aliàs à nostris Prædecessoribus statutum fuit.

9. *Sac. Cong. Episc. et R. g. in Neapolitana 21. Apr. 1593. et in Bononiensi 28 Jan. 1603. Synod. Prov. Neap. c. 54. 7. Syn. Card. Phil ann. 1662. dec. 12. 1. Syn. Card. Caracc. an. 1669. hoc tit. in 1. Edict. Synod. §. Quamvis. et in Edict. 2. §. Nemo.*

10. In excommunicationem ipso facto incidere eos volumus, qui absque nostra, aùt nostri Vicarii licentia ad Monasteria Monialium, licèt exempta, accedere præsumpserint ad colloquendum cum aliqua, vel cum aliquibus earum, etiàmsi sit Novitia, aùt Conversa, aùt quæ educationis, sivè alterius rei causa ibidèm commoretur; declarantes, quod qui facultatem obtinuerint colloquendi cum aliqua prædictarum, non possint data opera, & ex professo cum aliis colloqui. Qui verò cum aliqua ex prædictis in iisdem Monasteriis commorante, vel coràm ipsis ausi fuerint de rebus obscœnis per verba, aùt actus impudicos præsentes agere, absentes verò per literas, aùt internuncios, necnon Viros, & Mulieres, sivè intrà, sivè extrà Monasterii Claustra degentes, qui prædictas literas, vel mandata detulerint, omnes, & singuli sint ipso facto excommunicati.

10. *Syn. Prov. Neap. c. 54. 6. Syn. Card. Phil. a. 1658. d. 1. 1. Syn. Card. Caracc. an. 1669. hoc tit. Edict. 2. ut sup. p. 2. cap. 6. n. 5.*

11. Non admittantur ad inserviendum in Ecclesiis, & Monasteriis Monialium, nisi Clerici saltèm initiati prima Tonsura, ac à nostra iurisdictione non exempti, & si qui reperiantur admissi, statim dimittantur.

12. Clerici, Cappellani, omnesque alii inservientes in Ecclesiis Monialium, non nutriant comam, sub pœna carceris ad nostrum arbitrium quoad Clericos, & suspensionis quoad alios, ultrà dimissionem à servitio.

13. Nul-

Digitized by Google

13. Nullus Sacerdos, cuiuscumque conditionis, & dignitatis sit, audeat Missam celebrare in Ecclesiis Monialium sine speciali licentia.

13. Syn. Prov. Neap. cap. 56. 1. Synod. Card. Caracc. an. 1669. hoc tit. Edict. cit. §. Abbatissæ, & Edict. 2. §. Nullus.

14. Nulla Monialis audeat spiritualem contrahere cognationem munere Matrinæ, vel Sponsoris, nec ideò procurationis mandatum faciat ad tenendum aliquem, vel aliquam in baptismate, vel sacra confirmatione, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ aliàs indicta Constitutionibus Synodalibus: Parochi autèm procurationis huiusmodi mandatum admittentes in baptismate, ducatorum centum pœna mulctentur, ut eisdem Constitutionibus cavetur.

14. Vt sup. par. 2. c. 2. n. 6.

15. Confessarii destinati ad audiendas Confessiones Monialium, quibus conceditur facultas ingrediendi in Clausuras in urgenti necessitate ministrandi causa Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ Vnctionis, associentur à duabus Monialibus ex senioribus Monasterii, rectaque, & breuiori via conferant se ad Cellam Infirmæ, nec per aliam partem Clausuræ vagentur, sivè in ingressu, sivè in egressu; audiant autèm Confessiones Infirmarum janua aperta, existentibus extra dictis duabus Monialibus, itaùt videre, non audire possint, quique ex Confessariis in prædictis omnibus, & singulis contravenerit, pœnæ suspensionis ipso facto incurrendæ subiaceat.

15. Ex lit. circ. S. Cõg. Episc. et Regul. de mand. Innoc. XI. 21. Martii 1682. 7. Syn. Card. Phil. a. 1662. d. 15.

16. Conciones in Ecclesiis Monialium tempore præsertim Adventus, vel Quadragesimæ habeantur januis Ecclesiæ clausis, & exclusis laicis, sivè maribus, siuè fœminis.

17. Inhærẽtes aliis Decretis Synodalibus, ac Edicto promulgato à SS. D. N. Innocentio XII. die 18. Decembris 1688. dùm huic Ecclesiæ præsideret, in executionem literarum Sac. Congr. Episcoporũ, & Regulariũ in fine præsentis Synodi registrando denuò prohibemus, nè Moniales occasione festivitatum, quæ in earum Ecclesiis celebrantur, audeant sivè per se, sivè per alios facere invitationes secularium, sivè marium, sivè fœminarum, nec etiàm dùm aliqua monacanda in Monasterio, vel suscipit habitum, vel solemniter profitetur, & ianuæ Ecclesiarum in dictis festivitatibus claudantur ante sonum Salutationis Angelicæ.

17. Ex lit. Sac. Cong. Episc. de mandat. Innoc. XI. et decr. synod. Cardin. Caracc. ac Edict. cit. aliisq. ut sup. p. 3. c. 4. n. 7.

Sac. Cong. Episc. 23. Mart. 1646. et ex lit. eiusd. Sac. Cong. de mandat. Innoc. XI. vt sup.

18. Quæ

Digitized by Google

18. Quæ pro recta disciplina Monialium inhærentes Sacrarum Congregationum, ac Prædecessorum nostrorum, & præsertim Sanctissimi D.N. Innocentii XII. decretis præscripsimus nostro Edicto publicato die 19. Decembris 1691. exactè observari mandamus, tàm ab ipsis Monialibus, quàm ab aliis, ad quos pertinet, perindè ac si præsenti Synodo lancita essent, in cujus calce idem Edictum registrabitur.

19. Iuxtà Sacros Canones, & Apostolicas Constitutiones, Nullus Sacerdos, tàm secularis, quàm Regularis, Monialium, aùt quarumcumque personarum in Monasteriis, vel Conservatoriis degentium confessiones audire valeat, nisi à Nobis pro quolibet ex dictis locis, ac totiès, quotiès casus obtigerit, antecedètèr deputatus, & approbatus fuerit: Quinimmò nèc ullus ex præfatis, etiàm si fuerit ejusdem Monasterii, aùt loci Confessor, sub quavis causa, aùt occasione censeatur àpprobatus ad prædictarum confessiones audiendas, easque validè absolvendas à Cratibus collocutorii, Rotis, Communicatoriis, aùt intrà septa Monasterii, aùt in alio quovis loco, præterquam in Confessionalibus in exteriori Ecclesia constitutis. 19 *Gregor. XV. Const. 18. Inscrutabili. ad quæ S. C. Conc. declarationes. Clem. X. Const. 7. Superna. Sac. Cong. Conc. in Ianuensi 9. Iunii 1657.*

De Conservatoriis, seù Collegiis Puellarum, & Mulierum, atque de Bizochis.

CAPVT VII.

1. DEcori, ac existimationi Puellarum, & Mulierum, quæ licèt absque voto Clausuræ, collegialitèr tamèn, ac religiosè degunt in Conservatoriis, etiàm ad instar Sanctimonialium, peculiari Edicto à Nobis promulgato die 29. Martii 1692. sedulò consulere nixi sumus, certasque ibi regulas ad illarum honestatem tuendam, ac salutarem in Via Domini profectum præscripsimus, quibus inpræsentiarum Synodalis confirmationis robur adiicimus: Vt autèm hæc pia loca eò feliciùs regantur, ac in illis degentes valeant puriùs, & sinceriùs inservire Domino in fervore spiritus, utque etiàm tollatur abusus earum mulierum, quæ assumentes habitum alicujus Religionis, etiàm absque debitis requisitis degunt in privatis domibus, & cum nimia libertate versantur per Civitatem, & loca Diœcesis, alia sequentia statuimus. *Ad Clement. Attendentes. de statu Monach.*

Digitized by Google

2. Ex Edict. SS. D. N. dum esset Archiep. Neap. 1689 Et ex Edict. nostro sub prad. die 29. Martii 1692. ex quibus etiam Decreta sequentia.

2. Nemo sub quovis prætextu, occasione, aùt colore ad prædicta Mulierum, & Puellarum Conservatoria præsumat sine debita licentia accedere ad colloquendum cum aliqua, vel aliquibus earum, quæ in illis degunt, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Nobis reservatæ, exceptis consanguineis in primo, vel secundo gradu coniunctis, extrà tamèn tempus Adventus, vel Quadragesimæ.

3. Nullus paritèr, sivè Vir, sivè Mulier, etiàm quovis gradu conjunctus alicui ex prædictis Mulieribus, & Puellis, audeat sub eadem pœna excommunicationis latæ sententiæ Nobis reservatæ ingredi in ipsa Conservatoria, absque debita licentia non concedenda, nisi urgente necessitate.

4. Eidem excommunicationi ipso facto subiaceant Superiorissæ Conservatoriorum quocumque nomine nuncupentur, ac etiàm Ianitrices, quæ prædictos introduxerint, aùt ingredi permiserint absque speciali licentia.

5. Confessarii deputati pro audiendis confessionibus degẽtiũ in Conservatoriis non excipiant eas, nisi in Confessionalibus destinatis, aliaq; omnia observent, quæ hac in parte de Monialibus disposuimus, & nũquã audeant Septa Monasterii ingredi ad illas excipiẽdas, nisi in casu necessitatis, & tùnc ea paritèr observẽt, quæ præscripta sũt Cõfessariis Monialiũ: nullus autẽ præsumat dictas Confessiones excipere, nisi fuerit à Nobis specialitèr approbatus ad audiendas confessiones specialis Conservatorii.

5. supra cap. 6. n. 19.

6. Ipsæ autèm degentes in Conservatoriis, sivè Moniales, ut eas vocant, sivè Novitiæ, sivè Conversæ, sivè seculares, non accedant ad colloquendum, nisi cum illis, qui licentiam obtinuerint, & tùnc nonnisi in solitis Cratibus collocutorii, sub pœnis arbitrio nostro.

7. Frequentent Sacramenta, sint humiles, devotæ, non inquietæ, aùt clamorosæ, sed mites, patientes, obedientes, moribusque compositis præstent.

8. Modestiam in omnibus præseferant, & præsertim Educandæ, & seculares ab omni fuco, & corporis ornatu, capillorum, & capitis concinnatione, habitus, & vestium elegantia, odoribus, unguentis, & speculis prorsùs se abstineant, & à ceteris hu-

jus-

Digitized by Google

jusmodi, quæ in iis locis piis exempla possunt parere pernicio sa.

9. Iuxtà quamplura Decreta Sacrarum Congregationum à Regularibus, etiàm sufficienti facultate à Sede Apostolica suffultis, non debent admitti ad habitum Religionis Mulieres degentes in privatis domibus, nisi habeant requisita in eisdem Decretis præscripta, quæ sint ab Ordinario recognita, prævio diligenti examine, & nisi ejusdem Ordinarii licentia præcesserit, ut in Decreto Sacræ Congregationis Epi coporum, & Regularium in fine Synodi registrando: ac proindè inhærentes ipsis decretis, prohibemus aliquã Mulierẽ admitti ad habitũ Religionis in hac Civitat, e& Diœcesi sine nostra præcedenti licentia.

9. *S. Cong. Episcop & Regu. 20. Decemb. 1616. 2. Syn. Car. Philam. an. 1644. tit. de Monial. d. 3.*

10. Hæc autèm sunt requisita, videlicèt: Quod sint probatæ vitæ, & bonis moribus præditæ, quod sit constitutæ in ætate saltèm quadraginta annorum, quod de proprio habeant, undè sufficientèr vivere possint, & quod non cum aliis Viris, quàm consanguineis, vel affinibus in primo tantùm gradu sibi coniunctis cohabitent.

10. *Ex cit. dec. S. Cong. ut supra.*

11. Quæ hactenùs fuerint legitimè admissæ ad habitum Religionis alicujus, seù deinceps admittentur, omninò abstineant à delatione, tùm veli supra caput, quod superiectũ vocant, tùm pectoralis, quod vulgò dicitur subcannum, tùm patientiæ sub pœna excommunicationis latæ sententię Nobis reservatę.

11. *2. Syn. Card. Phil. a. 1644. ubi sup. & 1. Syn. Car. Carac. a 1669. & 3. Syn. eiusd. a. 1676. tit. de cas. reserv.*

12. Cumque non sine prægrandi animi nostri dolore audiverimus, quod aliquę ex huiusmodi Mulieribus non modo cum dedecore habitus Religionis assumpti, verùm etiàm cum maximo scandalo vagentur, tùm fole, tùm fucatę, & concinnatę, ipsas propterea monemus enixè, & hortamur, ut abiectis hisce vanitatibus memores suscepti Instituti modestiam undequaque custodiant, alitèr non evasurę Divinam, & nostram ultionem.

De Regularibus.

CAPVT VIII.

1. VEnerabiles Religiosorum Ordinum cętus Viris doctrina, & sanctitate prędit is referti conspiciũtur, & licèt pręclaram interiorum virtutum semitam capessere studeant, pro externo quoque Animarum lucro, & profectu se-

Digitized by Google

dulam navare operam, ac præsertim in hac Diœcesi, ubi uberrima messis exurgit, qua exemplo, qua prædicatione, ceteriſque piis exercitationibus Fideles in Christianæ vitæ Instituto excolere, & ad bonam frugem redigere nituntur. Vt igitur Regularium, quos in summo pretio habemus, adiutrices manus cum toto Ecclesiastico corpore optimè coalescant, & sub præpositi capitis regimine ad majorem Dei gloriam omnia membra eundem actũ habeant, sequentes regulas recensendas esse duximus,

2. Regulares quicumque in hac Civitate, & Diœcesi degentes, iique præsertim, qui ad confessiones fidelium audiendas fuerint à Nobis approbati, nostras hasce Constitutiones Synodales frequentèr perlegere non graventur, ut quæ in illis ad ipsos pertinentia sancivimus, valeant jugitèr adimplere.

5. *Const. 7. Clem. X. Superna, ut in fine Synodi.*

3. Quæ de Prædicatione Verbi Dei, ac de Sacramenti Pœtentiæ administratione præscripta sunt Constitutione Clementis X., in calce Synodi apponenda, quæque Nos etiàm edixi-mus in utroque titulo exequi non omittant.

4. *Innoc. IV. in cap. volentes de privil. in 6. Trid. sess. 6. c. 3. de Ref. & 25. de Regular. cap. 14. Clemens VIII. Const. 39. Suscepti muneris.*

4. Degentes extrà Claustra nullius privilegii prætextu se tutos existiment, quominùs si deliquerint, à Nobis, secundum Canonicas sanctiones, corrigi, puniri, & judicari valeant; qui verò in Claustris degentes, extrà illa fortè deliquerint notoriè, & cum scandalo, ab eorum Superioribus intrà tempus à Nobis præfigendũ pro modo, & gravitate delicti coerceantur, ipsique Superiores de punitionis qualitate Nos certiores efficiant, secùs delinquentes à Nobis punientur.

5. *Innocent. X. Const. 32. Vt in parvis, 10. Febr. 1654. & ex declarationibus S. Cong. sub Alex. VII. die 27. Iulii 1655.*

5. Ii demùm, qui in parvis Conventibus ob exiguum numerum incommodè ferentem perfectam Claustralium Institutionum observantiam, visitationi, correctioni, ac omnimodæ jurisdictioni nostræ ex Apostolicis Decretis, etiàm in his, quæ Regularem disciplinam concernunt, subiecti sunt, præscripta in eisdem Decretis, ac in pluribus responsis Sacræ Congregationis super statu Regularium ad illorum interpretationem emanatis, diligentèr observent.

6. *Ex dec. sup. c. n. 5. Vt ex Innocent. X. Const. 27. Instaurandæ.*

6. Ad hæc iisdem Summorum Pontificum sanctionibus inhærentes enixè mandamus, ut in parvis Conventibus aliàs suppressis, & deindè restitutis, re ipsa alantur sex saltèm Religiosi pro-

Digitized by Google

probatæ vitæ, ex quibus quatuor ad minus sint Sacerdotes maturæ ætatis, nimirùm quadragesimum ætatis annum excedentes, alioquin secularizationis pœnæ subjacebunt ad præscriptum Constitutionis Innocētii X. & juxtà Sac. Cōgreg. declarationes.

Innoc. X. Const. cit. Ve in parvis. & declarat. ut supra.

7. Observent Superiores Regularium Decretum Sacræ Congregationis Concilii editum de mandato Clementis VIII. & in calce Synodi registrandum, juxtà quod dimissoriæ concedendæ suis subditis, qui volunt ad Ordines promoveri, debent dirigi Episcopo Diœcesano, nempè illius Monasterii, in cujus familia is Regularis, qui ordinandus est, collocatus fuerit, ut etiàm ediximus in titulo de Sacramento Ordinis.

7. *Dec. Sac. Congreg. Conc. de mandat Clementis VIII. 15. Martii 1596. ut sup. p. 2. c. 8. de Sac. Ord. n. 16.*

8. Regulares cujuscumque Ordinis, Societatis, Congregationis, aùt Instituti, qui ad Monasteria Monialium, quamvis quomodolibèt exempta, ac etiàm ipsis Regularibus subiecta, vel aliàs speciali mentione digna, absque legitima facultate accedunt, colloquendo etiàm per quodcumque modicum temporis spatium cum Monialibus, aùt aliis intrà Clausuram degentibus, peccant mortaliter, & subsunt excommunicationis, privationis vocis activæ, & passivæ, aliisque statutis pœnis, quibus possunt ab Ordinario, tanquàm Sedis Apostolicæ Delegato, coerceri, juxtà Decretum Sacræ Congregationis Concilii in calce Synodi registrandum.

8. *Ex dec. Sac. Cong. Episc. et Regul. de mand. Sixti V. 5. Maii 1590. et eiusd. in Neapolit. 20. Martii 1621. iuxtà moderation. Vrban. VIII. per eand. S. Congr. 12. Kal. Dec. 1623. S. Congr. Conc. de mand. Clem. IX. die 7. Iun. 1669. et alia eiusd. decreti declar. per eadē Sac. Cong. 21. Maii 1678. ut in app.*

9. Superiores Regulares, quibus cura, & regimen Monasteriorum sanctimonialium quoquo modo incumbit, meminerint sibi non licere ingredi septa eorundem Monasteriorum, nisi ex causa visitationis localis, & hoc semèl tantùm in anno; itaùt in eo anno, in quo unus ex memoratis Superioribus visitaverit, alius Superior à visitatione hujusmodi debeat se omninò abstinere; quòd si ob clausuram, aùt aliam urgentem, ac necessariam causam oportuerit eo anno pluries ingredi septa Monasterii, tùnc non aliàs permittitur Superioribus ingressus, quàm cum præsentia nostra, vel alterius personæ Ecclesiasticæ secularis boni exempli, ac maturæ ætatis à Nobis deputandæ, ut statutum est speciali Constitutione Alexandri VII. in calce Synodi registranda.

9. *Alexand. VII. Const. 156. Felici factarum edita 20. Oct. an. 1664. 1. Syn. Card. Caracc. ann. 1669. de Monial. d. 1. et de Regul. d. 2.*

10. Iidem Superiores in visitatione observent etiàm formam

10. *Ex Constit. citat. Alex. VII.*

Digitized by Google

tram in eadem Constitutione præscriptam memores præcipuè, quod visitatio personalis fieri debet ad Crates, ac omninò extrà Clausuram Monasterii, & quod, si Generalis sit, qui visitet, potest secum habere duos socios, si aliùs à Generali, unum tantùm, exclusis omnibus aliis, etiàm ratione officii.

11. Ex Const. sup. 11. Confessarii, sivè ordinarii, sivè extraordinarii non ingrediantur septa Monasterii, nisi ad Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ Vnctionis ministranda Monialibus, vel aliis personis infirmis ibi degentibus, vel ad commendandam animam Agonizantibus, ut eadem Constitutione edicitur.

12. Ibidem. 12. Si quis autèm prædictorum Regularium in aliquo dictæ Constitutioni contrafecerit, ipso facto pœnam excommunicationis, & privationis omnium officiorum, quæ obtinet, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, vel alia in posterum obtinenda, vocisque activæ, ac passivæ absque alia declaratione incurrisse sciat, nulliisque privilegiis, & exemptionibus tueri se posse, quin à Nobis, tanquàm Sedis Apostolicæ Delegato, corrigi, & puniri valeat.

13. Trid. sess. 5. c. 1. de Reform. 13. Moniti sint Monachorum Superiores, & Abbates, ut quod Sacrosancti Concilii Tridentini Decreto de Lectione Sacræ Scripturæ in suis Monasteriis habenda disponitur, id reipsa præstandum, ubi commodè fieri queat, diligentèr curent, nè ipsorum negligentiam, Nos, uti Sedis Apostolicæ Delegati, & ex onere Nobis iniuncto à Sacro Concilio, compescere debeamus.

14. Trid. sess. 25. d. Regular. cap. 13. et ut sup. s. 3. cap. 5. n. 4. Syn. Card. A. Carafa p. 150. 14. Regulares quicumque, etiàm Monachi, iis dumtaxàt exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò vivunt, & qui ex privilegio Apostolico exemptione fruuntur, ad publicas Processiones tenentur accedere, ac ad eas per Edictum vocari, & compelli posse sciant, juxtà Sacri Concilii Tridentini decretum.

15. S. Rit. Cong. in Aretin. 19. Maii 16. 4. et 20. Iulii 1620. Firmana 15 Dec. 1632. et in Hispalensi 26. Febr. 1628. 1. Syn. Card. Carac. an. 1669. hoc tit. d. 1. 15. Ipsi verò Regulares, aùt Confraternitates in eorum Ecclesiis, aùt Conventibus erectæ Processiones extrà Claustra absque speciali nostra, vel Sedis Apostolicæ facultate, de qua certiores fieri debemus, nullatenùs peragere possunt, quavis contraria consuetudine non obstante, juxtà plures declarationes Sacr. Rituum Congregationis.

16. Eisdemque tàm Regularibus, quàm Confratribus vetitum

titum fit in eorum Oratoriis, seù Congregationibus facere Sepulchra Feria quinta in Cœna Domini, & consecratam Hostiam adorandam reponere, ut aliis Decretis Synodalibus præscriptũ fuit, etiàm authoritate Sac. Rituum Congreg.

16. *Ex lit. S. Rit. Cong. ad Card. Caracc. Archiep. die 8. Iunii 1669. ut in 2. Syn. eiusd. a. 1672. hoc tit. n. 1.*

17. In iis, quę ad Parochos, & eorum officium pertinent, tùm in Sacramentorum administrationibus, tùm in benedictionibus, aùt quibuslibet Ecclesiasticis functionibus Regulares nullo modo se ingerant contrà Sacrorum Canonum, & Sacrę Congregationis decreta, sub pœnis omnibus, ac censuris, quas in eos spectata Nobis tributa facultate infligendas duxerimus.

17. *Greg. XV. Constit. 18. Inscrutabili, et ut sup. var. in locis.*

18. Statutis nostrorum Prędecessorum adhęrendo mandamus, nè ullus laicus, qui septimum ętatis annum excedat, sub ullo prętextu, etiàm devotionis, aùt voti, habitum Religiosum cujuscumque Ordinis deferre, eoque indui audeat.

18. *Ex lit. S. Cong. de mand. Vrb. VIII. ad Card. Boncõp. die 10. Ian. 1627. Syn. Card. Bonc. ann. 1632. d. 9. 1. Card. Philam. an. 1642. d. 2.*

19. Strictiùs inhibemus, nè quis Regularem, sivè Monachalem habitum, aùt quascumque Sacras vestes, sivè ad eorum similitudinem efformatas ad irrisiones, spectacula, theatra, larvas, & bacchanalia, ac ad prophana eiusmodi audeat adhibere: quare contrà id attentantes, sivè usurpantes in actionibus, & locis prędictis, pręter alias juris pœnas, excommunicationem latæ sententię ipso facto decernimus.

19. *3. Syn. Card. Caracc. a. 1676. tit. de Sac. Indum. n. 2.*

20. *Can. Quidam cũ seqq. 18. q. 2. C. cum olim de privil. C. fin. de Relig. Dom. Tridentin. sess. 25. hoc tit. cap. 3. Clem. VIII. Constit. 99. Quoniam. Greger. XV. Const. 31. Cum alias, & Vrban. VIII. Cõstit. 25. Romanus. Innoc. X. cit. Cõst. 27. Instaurandę. Syn. Card. A. Caraf. pag. 166.*

20. Nova Regularium, sivè Virorum, sivè Mulierum Monasteria, Conventus, aùt Domus, juxtà Sacrorum Canonum, Tridentinæ Synodi, & Constitutionum Apostolicarum dispositiones ab quę nostra præcedenti permissione, & nisi verificatis omnibus, quæ in eisdem dispositionibus præscribuntur, in Civitate, vel Diœcesi hac nostra nullatenùs erigantur.

21. Omninò se abstineant Regulares ab invitationibus secularium, vel per se, vel per alios, ad eorum Ecclesias, occasione festivitatum, contrà prohibitionem indictam literis Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium scriptis, iussu sa: me: Innocentii XI. Decretis Synodalibus earundem literarum vigore emanatis, ac Edicto promulgato à Sanctissimo D. N. Innocentio XII. in calce Synodi registrando, alioquin procedemus ad pœnas in dictis Decretis, & Edicto comminatas, nec omittant Fores Ecclesiarum antè signũ Salutationis Angelicæ occludere.

21. *Ex lit. Sac. Cong. Episc. & Reg. de mand. Innoc. XI. 22. Ianu. 1677. & 20. Sept. 1683. & 1. Octob. 1684. ac dec. Synodal. Card. Caracc. aliisq. ut sup. p. 3. c. 4. de Sac. Eccl. n. 7.*

De

De rebus Ecclesiæ non alienandis.

CAPVT IX.

1. FAcultates, quibus Ecclesia Templorum cultum, & nitorem augere, Sacros Ministros alere, & Patrimonia Pauperum instruere consuevit ab evulgati Evangelii exordio adeò illibatæ fuerunt, ut adversus Divinæ legis temeratores Divus Petrus ad universi Christiani Gregis regimen evocatus, exemplo Ananiæ, & Saphiræ, qui ob retentam pretii partem ad pedes Apostolorum jàm oblati, horrenda morte mulctati sunt, perennem incusserit formidinem; Quin etiàm inclytus Christi Martyr Laurentius, nè opes Ecclesiæ in cœlestes thesauros per manus pauperum deportandę, incustoditæ permanerent, ferrea, & ignita crate initi martyrii sanguine roborata sarctas tectas servare voluit ad instructionem fidelium, quibus Sacrorum Canonum observantiam sequentibus monitis serio iniungimus.

Actor. c. 5. per tot.

2. C. nè licet, C. Diaconi. C. Abbatibus 12. q. 2. C. nulli, C. si quis. hoc tit. C. quæ in Ecclesiarum. de constit. C. is cui. de elect. in 6 Paul. II. in extra vag. Ambitiosæ. de reb. Eccl. nè alien. Paul. IV. Constit. 2. Iniunctum. 2. Synod. Card. de Aquav. ann. 1611. d. 3. & 3. an. 1612. d. 2. 5. Syn. Cardin. Phil. a. 1652. d. 5. & 9. 1. Card. Caracc. an. 1669. d. 1. 2. & 4.

2. Ecclesiarum, Beneficiorum, locorumque piorum Rectores, atque Administratores quicumque eorundem bona immobilia, aut mobilia pretiosa vendere, alienare, vel quomodocumque obligare, aut sub perpetuo canone locare, contrà formam Constitutionum Pauli II. & aliorum Summorum Pontificum, sub censuris, & pœnis indictis per easdem Constitutiones, nullatenùs præsumant, omnesque contractus alitèr celebrati, sint ipso jure nulli, proùt nunc irritos, nullos, & inanes declaramus.

3. Ea verò bona, quæ juxtà Sacros Canones, & antiquam observantiam nostra ordinaria authoritate alienari permittuntur, sine licentia nostra, vel nostri Vicarii Generalis in scriptis priùs obtenta, distrahere, permutare, aùt quomodolibet obligare, sub pœnis excommunicationis, ultrà nullitatem contractus omninò caveant.

3. Can. Terrulas. 12 q. 2. et ex dec. Synod. ut supra, et 3. Synod. Cardin. de Aquav. ann. 1612. d. 2.

4. Vsurpantes, aùt quocumque quæsito colore, sivè per se, sivè per alios, indebitè detinentes Ecclesiæ, vel cujuslibet loci pii quælibet bona, fructus, emolumenta, & obventiones, & quomodolibet impedientes, nè præfata iis, ad quos pertinent, reddantur,

Digitized by Google

dantur, & nè ab eiſdem percipiantur, noverint ſubjacere excommunicationi Summo Pontifici reſervatę in Bulla Cœnæ Domini, & juxtà diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini; ac proindè Parochis mandamus, quod dictæ Bullæ particulam ſingulis annis Feria quinta Majoris Hebdomadæ intèr Miſſarum ſolemnia Italica lingua perlegant.

4. *Bulla Cœnæ Domini can. 17. Trident. ſeſſ. 22. de Reſ. cap. 11.*

5. Clerici prædictis alienationibus, aùt uſurpationibus aſſentientes, ultrà pœnam excommunicationis, ſubiiciuntur ex Decreto Sacri Concilii Tridentini etiàm pœnæ privationis Beneficiorum, & inhabilitatis ad alia obtinenda.

5. *Trid. ubi ſupra.*

6. Locationes bonorum quorumcumque prædictorum nullo modo ultrà triennium utile fiant, juxtà Conſtitutionem Pauli II. & nunquàm ſolutiones penſionum anticipentur in præjudicium ſucceſſorum.

6. *Extravag. Ambitioſæ. huc tit.*

7. Eccleſiarum Rectores, Sacriſtæ, aliique earum Adminiſtratores Eccleſiaſtici, proùt fuit pluries in Synodo demandatum, habita notitia cujuſpiam Sacelli, aùt Sepulchri, quoad jus, & proprietatem abſque licentia venditi, ad noſtram ſtatim Curiam denuncient, ut opportuniùs deſuper valeat provideri, ſub pœna librarum centum ceræ locis piis applicandæ; Domini verò, qui proprio auſu Sacella prædicta, ſivè Sepulchra vendere, ad annuum canonem concedere, ſivè alienare præſumpſerint, aùt poſſeſſionem tradere, ſivè qui emerint, Sacrorum Canonum pœnis, ac etiàm excommunicatione latæ ſententiæ poſt poſſeſſionis actum, in eadem Synodo indicta, ſe puniendos agnoſcant, contractus verò huiuſmodi nullos ipſo facto decernimus.

7. *I. Syn. Card. Dec. Carafæ an. 1619. d. 10. 5. Card. Philam. an. 1652. d. 6. 1. Card. Caracc. a. 1669. d. 3. hec tit.*

8. Venditores, vel Emptores bonorum ſtabilium, aliorumque iurium, quæ Eccleſiis, Monaſteriis, Cappellis, Collegiis Eccleſiaſticis, vel locis piis ſunt obnoxia cum onere annui cenſus, vel quodvis aliud emolumentum ſolvendi, ſi hoc certò ſcientes in hujuſmodi alienationibus, ſivè contractibus onera prædicta tacuerint, vel tantùm in genere expreſſerint, non ſpecificando Eccleſiam, vel locum, cui prædicta debentur, ipſo facto excommunicationi ſubiicimus, à qua, niſi facta priùs expreſſione prædicta, abſolvi prohibemus, eandemque excommunicationis pœnam Notarios, alioſque in hoc malitioſè conſilium dantes incurrere declaramus.

8. *I. Syn. Card. Dec. Carafæ an. 1619. d. 11.*

Digitized by Google

9. Quæcumque pecuniarum ſummæ Eccleſiis, Beneficiis, Cappellaniis, aùt locis piis quibuslibet ex quovis relicto, cenſu extincto, vel aliàs quomodolibet provenientes cum onere reinveſtimenti non liberè ſolvantur Rectoribus, Beneficiatis, Cappellanis, ſeù Adminiſtratoribus, ſub pœna reiteratæ ſolutionis, ac etiàm excommunicationis in ſubſidium contrà eos ex prædictis, qui dictas ſummas recipere auſi fuerint, ſed deponantur in publico, & tuto Banco cum vinculo inveſtimenti faciendi, nullumque inveſtimentum fiat inconſulta noſtra Curia.

10. Parochi, Beneficiorum Rectores, omneſque Adminiſtratores bonorum Eccleſiaſticorum intèr quatuor menſes à die publicationis præſentium Conſtitutionum, ſub pœnis arbitrio noſtro infligendis, teneantur conficere inventarium quorumcumque bonorum, tàm immobilium, quàm mobilium, & alterius cujuſcumque ſpeciei ſuæ Eccleſiæ, Sacriſtiæ, & ad ea loca pertinentium.

10. *2. Syn. Card. de Aquav. a. 1611. d. 1.*

11. Suppellectilem ſacram, & Sacras Veſtes Eccleſiaſtico tantùm miniſterio deſtinatas ad prophana convertere indecens ac temerarium omninò cenſentes, Sacerdotibus omnibus, aliiſque perſonis Eccleſiaſticis diſtrictè præcipimus, nè eas ullo pacto ſecularibus perſonis accommodent ſub pœna ducatorum centum, aliiſque noſtro arbitrio reſervatis; uſui verò prophano, & maximè pro repræſentationibus, vel choreis, aliiſve ludicris utentes, cuiuſvis conditionis extiterint, excommunicationem ipſo facto incurrere pronunciamus.

11. *2. Syn. Card. Phil. a. 1644. tit. de vit. et hon. Cleric. d. 4. 3. Syn. Card. Caracc. an. 1679. tit. de Sac. Indum. n. 2*

De Immunitate Perſonarum Eccleſiaſticarum.

CAPVT X.

1. QVemadmodùm Levitica Tribus loco Primogenitorum in ſortem Domini aſſumptæ à cenſu, ceteriſque ſeculi oneribus per legem Moyſis exẽpta fuit, ut liberiùs Dei Tabernaculo inſerviret, eò ſortiùs Chriſtus Dominus *Primogenitus in multis fratribus*, Miniſtros Divino cultui mancipatos, nèc ad Arcam Fœderis, ſed ad ipſum Cor-

Numer. c. 3. v. 13.

Ad Rom. c. 8. v. 29

Digitized by Google

Corpus Dominicum, vel ea, quæ Sacroſancto Miniſterio ordinantur, pertractanda addictos, à ſeculari poteſtate, quæ iura Dei, & Cæſaris confundere nequit, immunes eſſe voluit, ut indè luculentum ſupremi in terris Dominii, & Chriſtianæ pietatis argumentum oriretur. Ceterùm qui ait: *Nolite tangere Chriſtos meos.*: debitam exigere non deſinit ergà Eccleſiaſticum Ordinem venerationem nunquàm ſatis commendandam. 1. *Paral. cap. 16. v. 22.*

2. Cum igitùr ſatis proviſum eſſe noſcatur per Bullam quotannis legi ſolitam die Cœnæ Domini, qua feriuntur pœna excommunicationis ſoli Romano Pontifici reſervatæ ii omnes, qui publica authoritate, & prætextu officii directè, vel indirectè perſonas Eccleſiaſticas ad forum ſeculare trahere præſumpſerint, Nos inhærentes aliis Conſtitutionibus Synodalibus denuò prohibemus ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ Nobis reſervatæ, nè quis perſonas Eccleſiaſticas ad iudicium ſeculare directè, vel indirectè, ſeù alio quocumque modo, etiàm conſentiente Reo, contrà Sacrorum Canonum præſcriptum provocare, ſeù trahere præſumat. 2. *Bullæ Cœnæ Domini can. 15. Trid. ſeſſ. 25. de Ref. c. 2. 1. Syn. Card. Boncomp. a. 1627. & alia 1632. 2. Card. Philam. ann. 1644. 1. & 4. Cardin. Caracc. a. 1669. & 1680. de caſ. reſerv.*

3. Cumque ſaluberrima Conſtitutione Martini V. *Ad reprimendas*, alia plura deſuper ſub excommunicationis latæ ſententiæ Summo Pontifici reſervatæ, aliiſque pœnis ſancita fuerint eiuſdem Conſtitutionis trāſgreſſionem omninò præcavendam monemus: Ceteris etiàm noſtrorum Prædeceſſorum ſanctionibus, ordinationibus, & Decretis hæc, & connexa reſpicientibus in ſuo robore permanſuris. 3. *Martini V. Conſt. 10. Ad reprimendas. 1. Syn. Card. Dec. Caraſa ann. 1619. d. 5. 3. Car. Boncomp. a. 1632. d. 3. 5. Card. Philam. an. 1652. d. 7. & alibi.*

PARS QVINTA

De Foro Archiepiscopali.

CAPVT I.

Ecclesiast. cap. 45. v. 31. Psalm. 71. v. 2.

1. DEUS, qui dat iudicare *Populum suum in iustitia, & Pauperes suos in iudicio*, omnibus, qui in hoc Foro Archiepiscopali Iustitiæ morem gerere tenentur, sanam mentẽ turpis lucri omninò expertem, ergà egenos charitate flagrantẽ, ergà potentes recti tenacem, unicuique jus suum constanti, & perpetua voluntate tribuentem, impartiri dignetur, & ne in Forensibus causis evolvendis de mundano pulvere ministrorum manus sordescere valeant, Taxam Innocentianam à Sanctissimo Pontifice ad mentem Sacri Concilii Tridentini præscriptam adamussim exequendam, & munerũ illecebras penitùs eliminãdas esse præcipimus, ut *Lex Domini immaculata convertens animas*, qualis Ecclesiasticum Tribunal decet, in rebus quoque temporalibus, quæ ad spiritualia diriguntur, seclusis indebitis prolatationibus ad litigantium levamen plenum, & expeditum sortiatur effectum, cuius intuitu infrascripta Decreta in viridi observantia extare sancimus.

Iuxta dec. S. Cong. Conc. de mand. In noc. XI. & Octobr. 1678. Trid. sess. 21 de Ref. cap. 1.

Psalm. 18. v. 8.

2. Cum Taxa Innocentiana non omnia complectatur, ac præsertim mercedes, & emolumenta, quæ exigi consueverunt in causis prophanis, observent ministri omnes nostri Tribunalis ultra ipsam Innocentianam eam pleniorem de nostro mandato compilatam, & in calce Synodi apponẽdam, sub pœna privationis officii, ac aliis etiàm corporalibus ad nostrum arbitrium, quo perquàm rigorosè usuri sumus.

3. Syn. Prov. Neapol. cap. 21. Ex Edict. sub die 26. Iunij 1687.

3. Custodiant etiàm exactè in ceteris Magister Actorum, & Scribæ ordinationes præscriptas sub felicissimo Præsulatu SS. D. N. Innocentii XII. à nobis innovatas, & paritèr in calce Synodi registrandas, quas, ut etiàm Taxam ordine nostro compilatam, & aliam Innocẽtianam continuò valvis nostri Tribunalis affixas retineri mandamus.

4. Pro

Digitized by Google

4. Pro viribus nitatur noſter Vicarius Generalis, ut cauſæ, ſubterfugiis, cavillationibus, aliiſque quibuſcumque litigantiũ artibus exploſis, quanta fieri poterit brevitate, re tamèn benè diſcuſſa, terminentur, eoque ſtudioſiùs, quod litium anfractus, prolatationeſque, licèt partium culpa ſæpè eveniant, Iudicis tamèn moræ adſcribuntur, ac propterea diebus, & horis ad ius dicendum ſtatutis audientiam publicè præbere non omittat. 4. *Cap. 2. de re iudic. Triden. ſeſſ. 25. de Ref. c. 10. in fine. Syn. Prov. Neap. loc. cit.*

5. Miſerabilium perſonarum cauſæ eò citiùs expediantur, illaſque enixè commendamus Advocato pauperum à Nobis deputato, cuius cura præcipua ea etiàm debet eſſe nos edocendi de emergentibus, quibus illarum expeditionem noverit retardari, ut poſſimus opportunè providere. 5. *Syn. Prov. Neap. loc. cit. & cap. 57.*

6. Carceres aſſiduè viſitentur, & per eos, ad quos pertinet miniſtros diligentèr attendatur, nè carcere detenti prægraventur, nevè unquàm à cuſtodibus aliquis committatur exceſſus, vel in exactione mercedum, vel in aliis, contra formam ordinationũ ſpecialium deſupèr editarum, & in calce Synodi apponendarum. 6. *Syn. Prov. Neap. c. Iuxtà Edict. SS. Dom. Innoc. XII. dum eſſet Archiep. Neap. ſub die 28. Mart. 1689. pro carc. Cur. Archiep.*

7. Pecuniarias mulctas, ſivè pœnas, quas hiſce Conſtitutionibus pro delictorum qualitate injunximus exigendas, nonniſi locis piis applicari volumus. 7. *Syn. Prov. l. c. c. 21.*

8. Ad litigantium verſutias reprimendas, cum ſæpè calumniosè nominentur Teſtes extrà Vrbem, & Diœceſim pro dilatatione Iudicii, Synodale Decretum aliàs providè editum, quod hujuſmodi nominatio non admittatur, niſi facto depoſito ducatorum duodecim à parte nominante, innovamus, & ſervari volumus, quod depoſitum iiſdem Teſtibus poſtmodùm ritè examinatis, eorumque depoſitionibus productis in proceſſu, reſtituatur, aliàs cedat in pœnam piis locis ad noſtrum arbitrium applicandam, proùt eodem Synodali Decreto edicitur. 8. *4. Syn. Card. Caracc. a. 1680. tit. de iudiciis d. 1.*

9. In eadem firmitate remanere volumus aliud Synodale Decretum, quo Apocis Bancorum non excedentibus ſummam ducatorum centum contra Perſonas Eccleſiaſticas tribuitur via executiva, cum ea declaratione in Decreto adhibita ad fraudes evitandas, quod major ſumma in Apocis contenta dividi nequeat ad parandam viam executivam. 9. *1. Syn. Card. Phil. ann. 1642. d. 1. & 2. eiuſd. an. 1644. tit. de Iudic. nec non 4. a. 1649. d. 5. & 6. an. 1658. d. 9. & iuxta poſtremam ordinat. ut in Syn. Card. Caracc. an. 1669. hoc tit. d. 2.*

10. Ad vindicandum abominabile crimen falſitatis, quod com-

10. committi ſolet in Syngraphis Bãcariis, inhærendo Conſtitutio-
4.Syn.Car.Carac. an.1680.de Iudic. et crim.falſi d.2. par.2. cap.6. n.6. nibus noſtrorum Prædeceſſorum, pœnam Triremium per ſeptẽ-
nium (ultrà excommunicationem ſuperiùs comminatam.) indicimus contrà qualcumque Eccleſiaſticas perſonas, quę Syngraphas Bancarias falſas confecerint, vel veras quomodocumque falſificaverint, ſeù adulteraverint, eademque pœna coerceri volumus etiàm eos, qui Syngraphas ejuſmodi, vel falſas ab aliis quibuſcumque confictas, vel etiàm ab aliis falſificatas, & quomodolibet adulteratas dolosè præſentaverint Officialibus Bancorum, etiàm non ſequutò effectu.

11. *4.Syn.Card.Carac. ubi ſup.d.3.* 11. Falſarios monetarum, nempè, vel tondentes monetas, vel falſas cudentes intrà diſtrictum noſtræ Diœceſis, ut alia Cõſtitutione Synodali ſancitum fuit, ab Eccleſiæ conſortio repellimus indicentes pœnam excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ, à qua niſi à Nobis, aut Pœnitentiariis noſtris, & niſi cum reſtitutionis onere abſolvi nequeant.

12. *Vrban.VIII. Cõſtit.75. In ſuprema.pro Italia.* 12. Meminerint Eccleſiaſtici, ſivè ſeculares, ſivè Regulares Conſtitutionis Vrbani VIII editæ contra cudentes, adulterantes, minuentes, tingentes, expendentes ſcientèr monetam falſam, & teneantur pœnis eadem Conſtitutione indictis.

13. *Pius IV. Conſtit. 52. Licet. & B. Pius V. Conſt.40. Licet alias. Vt in Syn.Cardin. Boncomp.a.cit.* 13. Quæ ſaluberrimè ſancita ſunt Conſtitutionibus Summorum Pontificum Pii IV. & Beati Pii V. contrà delinquentes in contumaciam condemnandos, in Foro etiàm noſtro ſervari volumus quoad pœnam delictorum, ac privationem beneficii, ut aliàs ad compeſcenda Clericorum delicta Synodali decreto anni 1638. ſtatutum eſſe dignoſcitur.

14. Præfectus Archivii ipſum ſeris munitum perpetuò cuſtodiat, nemini claves tradat, nèc cuipiam ſcripta cujuſcumque generis, niſi de ſua manu, & ſe ſpectante legenda exhibeat, omnemque curam, & ſtudium adhibeat, ut ſcripta ipſa in ſuos quæque loculos ordinatè collocata reperiantur numero, aùt charactere aliquo, ſivè alio ſigno prænotataceteraque diligentèr obſervent, quæ ad ipſum ſpectantia in præfatis ordinationibus regiſtrandis in calce Synodi præſcripta ſunt.

15. *Gregor.IX.in cap. Conqueſtus. de feriis.* 15. Cum juxtà Sacros Canones debeat iudicialis ſtrepitus diebus quieſcere feriatis, infraſcriptas ferias in noſtra Curia Archiepiſcopali ſervari decernimus, in quibus (niſi neceſſitas

ur-

Digitized by Google

urgeat, vel pietas alitèr ſuadeat) nè conſentientibus quidèm etiàm partibus erit procedendum, ſub pœna nullitatis actus, iis dumtaxàt cauſis exceptis, quæ ab ipſis Sacris Canonibus actitari permittuntur, omneſque alias ferias, ſivè de ſtylo, ſivè de conſuetudine introductas abrogamus, ut cauſæ ipſæ celeriùs expediantur.

Feria in Curia Archiepiſcopali ſervandæ, præter eas, quæ ſunt de præcepto.

Feſta Mobilia.

Dies Cinerum.
Hebdomoda Maior uſque ad Dominic. in Albis incluſivè.
Rogationes.

Ianuarius.

8 S.Mariæ de Principio.
17 S.Antonii Abbatis.

Februarius.

3 S.Blaſii Ep.M.Patr.

Martius.

7 S.Thomæ de Aquino Cõf. Doct.& Patr.

Aprilis.

25 S.Marci Evangeliſtę.

Maius.

17 S.Reſtitutę Virg. & Mart.
19 S. Ivonis Advoc.Pauper.
26 S.Philippi Nerii Cleri, & Civ.Patr.

Iunius.

13 S.Antonii de Padua Conf. & Patr.

Iulius.

2 Viſitationis B.M.V.
7 Dedicationis Eccleſię Cathedralis.
15 S.Athanaſii Epiſc. & Patr.
16 S.Marię de Monte Carmelo.

Auguſtus.

1 S.Petri in Vincula.
3 S.Aſpreni 1.Epiſc.& Patr.
5 S.Marię ad Nives.
6 Transfigurationis Domin.
16 S.Rocchi.

September.

14 Exaltationis S.Crucis.
26 Octava S.Ianuarii.

October.

4 S.Franciſci Conf. & Patr.

November.

2 Commemorationis Defunctorum.
9 S.Agrippini Epiſc. & Pat.
11 S.Martini Epiſc.
21 Preſentationis B.M.V.

December.

6 S.Nicolai Epiſc.& Patr.
8 Conceptionis B.M.V.
13 S.Lucię Virg.& Mart.
14 S.Agnelli Abb.& Patr.
16 Patrocinii S.Ianuarii.

De

Digitized by Google

De Vicariis Foraneis.

CAPVT II.

1. QVemadmodùm Vicarii Foranei ratione ministerii, ad quod à Nobis assumuntur, ceteris gradu præcellere noscuntur, sic vitæ exemplo, & morum gravitate debēt eisdem præfulgere; non enim nisi mundati possunt alios mundare: nec minor exigitur in suo munere obeundo ipsorum vigilantia, per quam nos instructi de contingentibus in regimine sibi commisso, tùm disciplinam Ecclesiasticam tutari, & promovere iugitèr valeamus, tùm celeri provisione opportuna malis adhibere medicamenta, ad majorem Dei gloriam, animarumque salutem: quamobrem sequentibus monitis Vicarios ipsos lacessere studemus.

1. 1. Cōc. Prov. Med. S. Car. p. 2. hoc tit.

2. Crebrò relegant Decreta huius Synodi, solicitèque investigent, an observentur, & si in aliquo prætermitti compererint, Nos, vel nostrum Vicarium Generalem certiores faciant.

2. Ex cit. 1. Concil. S. Caroli.

3. Vnamquamque Ecclesiam, etiàm Parochialem, & Sacristias indesinentèr circumeundo, dispiciant, an decentèr custodiantur, an in ipsis Sacristiis pendeant Tabellæ onerum Missarum, & inspectione librorum, quibus manu celebrantium debent satisfactiones inscribi, recognoscant implementa.

4. Inquirant, an cultus Divinus in ipsis Ecclesiis rìtè habeatur, & an lampas diu, noctuque antè Sanctissimum Sacramentum accensa præluceat.

4. S. Carol. in Synod. Diœc. 11.

5. Sedulò invigilent, an Parochi Sacramenta sanis, & infirmis diligentèr ministrent, an ex eorum socordia quisquam aliquo Sacramento non munitus decesserit, an pueros, rudesque adultos præfinitis temporibus in Doctrina Christiana erudiant, & an diebus festis inter Missarum solemnia explicent rudimenta Fidei, & currentis Evangelii genuinum intellectum.

5. 4. Conc. Prov. Mediol. S. Car. p. 2. tit. Quæ pertinet ad Extr. Vnct.

6. Clericorum, ac aliorum Ecclesiasticorum mores inquirant, an Parochis in assistentia Agonizantium se præbeant adiutores, an conferentiæ ad casus conscientiæ discutiendos de mandato nostro institutæ præscriptis temporibus habeantur.

6. S. Carol. loc. cit.

7. Sum-

Digitized by Google

7. Summam curam adhibeant, ut dies festi religiosè ob- 7.
ſerventur, nec licentias concedant, niſi in caſibus verè neceſſita- *Vt p. 1. cap. 3. n. 6.*
tis, & tùnc omninò gratis.

8. Obſervent etiàm Vicarii Foranei adamuſſim in exigen- 8.
dis mercedibus taxam eis quoque præſcriptam, præſertim in *Ex Edicto nostro*
cauſis matrimoniorum, quæ ipſis committuntur; quamcumque *ſub die 9. Febru.*
enim tranſgreſſionem, nec quietam, nec inultam relinquemus. *1692.*

9. Diſtrictè tandèm iniungimus eiſdem Vicariis Foraneis omnimodam diligentiam pro extirpando abuſu Sponſorum, qui poſt ſponſalia antè contractum matrimonium in faciem Eccleſiæ, ſimùl cohabitant, vel ſaltèm ſimul verſantur, undè quàm multa ſcandala procedunt, ipſoſque Vicarios Foraneos deſide s in denunciando Nobis, vel noſtro Vicario Generali huiuſmodi Sponſorum tranſgreſſiones pœnis ad noſtrum arbitrium, etiàm & privationis officii, volumus ſubiacere.

De Conſtitutionibus Synodalibus.

CAPVT III. ET VLTIMVM.

1. QVæ hactenus ad fidelium curæ noſtræ Paſtorali cō-creditorum ſpiritualem utilitatem, & ad Eccleſiaſticam in Clero diſciplinam ſtabiliendam ſtatuimus, vel monuimus, ut plurimùm decerpta ex legibus noſtrorum Prædeceſſorum, quorum veſtigia percalcare apprimè honorificum, ac ſaluberrimum fuit, & præſertim Sanctiſſimi Dom. Noſtri Innocentii XII. cuius mentem in eis condendis aſſequi ſtuduimus, tàm exactè obſervanda erunt ab omnibus, ad quos pertinet, ut pœnarum executioni locus non relinquatur, & publicationem iam peractam præſentium Conſtitutionum ità volumus quemquam afficere, etiàm tanquàm Sedis Apoſtolicæ delegati in caſibus reſpective, perindè ac ſi ſingulis forent perſonalitèr intimatæ. *Syn. A. Card. Carafa pag. 198.*

2. His tamèn Conſtitutionibus non ità circumſcribimus noſtræ authoritatis fines, ut eas, quatenùs opus ſit, mutare, & corrigere, imò, ubi opus fuerit, cum ſubditis noſtris ſuper eis

Digitized by Google

diſpenſare, atque demùm illis addere, quę in Domino adiungenda videbuntur, proùt æquitatis, & caſuum exigentia ſuadebit, iure noſtro non valeamus: ſique aliquid, vel declarandũ, vel interpretandum in earundem Conſtitutionum obſervantia contigerit, id Nobis reſervamus.

3. Prędeceſſorum noſtrorum Synodales Conſtitutiones præſẽtibus adverſantes ad harũ terminos reducimus, ſalvis autẽ aliis Curiæ noſtrę ritibus, ac decretis in Sãcta Viſitatione editis.

4. *Can. Epiſcopus in Synodo 35. q. 6.* 4. Electis, etſi nomine ſuppreſſo, Synodalibus Teſtibus iungimus, eoſque ſeriò admonemus, ut munus ipſis impoſitum à Sacris Canonibus, accurata diligentia, & fideli ſtudeant ſinceritate perficere.

5. *Syn. tit. Cardin. A. Caraffæ pag. 197. Syn. Marii Caraffæ a. 1567. in fine.* 5. Omnibus, & ſingulis dilectis Nobis in Chriſto Canonicis, aliiſq; de Capitulo Eccleſiæ noſtræ, ac ceteris Parochialiũ, & Collegiatarũ Rectoribus, etiàm Abbatibus nuncupatis, Archipresbyteris, Canonicis, Hebdomadariis, Cellarariis, Cappellanis perpetuis, Presbyteris curam animarum gerentibus, & in præfatis Eccleſiis dignitates, perſonatus, & officia obtinentibus, aliiſque omnibus Clericis, ad quos pertinet, mandamus, ut ſinguli Codicem hunc Synodalium ordinationum noſtrarum, cum adiunctis appendicibns, quem propediem imprimendum curabimus, habeant, ut eas valeant pro contingentibus caſibus memoriæ commendare, idque etiàm perficere non graventur Superiores Regularium, ut de iis, ad quæ ſcienda pro muneribus ſuis obligantur, eorum ſubditi notitiam habeant pleniorem.

6. Vicarium noſtrum Generalem, à cuius ſolicitudine, officio, & authoritate Conſtitutionum Synodalium pendet executio, monemus, atque in Domino hortamur, ut nullo ſtudio prætermiſſo harum noſtrarum ſanctionum obſervantiam ſedulò curet. Ceterùm omnes meminerint obedientiam debitam mandatis Præpoſitorum non commendari coactam; ſed ſpontaneam ſecundum Deum, cum legum cuſtodia ſit ipſa dilectio. *1. Petri cap. 5. v. 2*

7. Pro noſtra autèm reverentia, & ſubmiſſione, quam ergà Sanctam Romanam Eccleſiam, omnium Eccleſiarum Ma-

Digitized by Google

Matrem, & tutissimam Magistram, meritò profitemur, has easdem Constitutiones nostras Sanctissimo Domino Nostro Innocentio XII. Salvatoris Iesu Christi in Terra Vicario humillimè subiicimus, ut Sedis Apostolicæ authoritate immutentur, corrigantur, emendentur, aùt si dignabitur, fulciantur.

Iacobus Cardinalis Cantelmus Archiepiscopus.

Antonius Sanfelicius Canonicus Synodi Secretarius.

Digitized by Google

IN Dei nomine Amen. Præsenti publico instrumento cunctis pateat evidentèr, & notum sit, qualitèr anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto, Indictione secunda, die verò trigesima mensis Maij, Dominica Penteostes, Pontificatus autèm Sanctissimi in Christo Patris, & D.N. D. Innocentii Divina Providètia Papæ XII. anno eius tertio felicitèr.

Neapoli in Ecclesia Metropolitana præsidente Eminentiss. & Reverendiss. Dom. meo D. Iacobo, Tit. SS. Marcellini, & Petri, S.R.E. Presbytero Cardinali Cantelmo Archiepiscopo Neapolitano, ac præsente Reverendiss. Capitulo, & Canonicis eiusdem Ecclesiæ, universoque Clero, tàm Civitatis, quàm Diœcesis ibidem ad Synodum Diœcesanam celebrandam per edictum respectivè vocato, ac legitimè congregato, post Processionem, & Missam Pontificalem, ac Sermonem ab eodem Eminentiss. Dom. Cardinali Archiepiscopo habitum, omnia, & singula in actis suprascriptis, atquè antè Synodalia decreta insertis, redacta, & fidelitèr enarrata, gesta, atque peracta fuere, necnòn per Dom. D. Antonium Sanfelicium Canonicum Presbyterum præbendatum eiusdem Ecclesiæ, ac Synodi Secretarium, alta, & intelligibili voce è suggesto lecta, & publicata fuere primum Decreta Synodi præliminaria, utpotè, de Synodi inchoatione, *ac reliquis, prout in eisdem actis; ac etiàm electi, designati, & deputati fuere Examinatores, ac Iudices, necnòn Testes Synodales, etsi hi suppresso nomine, emissaque Fidei professio ab omnibus, & singulis, qui eam emittere tenebantur: atque continuata Sessione post Vesperas eiusdem diei per eundem Dominum Synodi Secretarium promulgata fuere Decreta, & Constitutiones Synodales usque ad finem primæ partis. Die verò sequenti 31. eiusdem mensis Maii, ac secunda Sessione Synodali, Missa per eundem Eminentiss. Dom. Archiepiscopum celebrata, aliisque sacris precibus, ac cæremoniis persolutis, idem Dominus Secretarius prosecutus fuit lectionem usque ad finem secundæ partis Decretorum, Sessionemque post Vesperas continuata, deventum fuit usque ad finem tertiæ partis. Postea verò sequenti pariter die, prima quidem mensis Iunii, ac tertia sessione Synodali, idem prosecutus fuit lectionem usque ad finem quartæ partis,*

ac

ac poſt Veſperas in eiuſdem ſeſſionis continuatione poſt lectionem quintæ partis eiuſmodi Decretorum, ac præfatis omnibus, prout paritèr in actis præſcriptis exprimuntur, celebratis, geſtis, publicatis, atque peractis, per eundem Dominum Secretarium publicatum fuit Decretum de Synodi dimiſſione, *factaque Cleri vocatione, ac obedientia exhibita Eminentiſſimo Domino, cum eiuſdem benedictione, Synodus dimiſſa fuit cum gratiarum actione per Hymnum,* Te Deum laudamus, *ceteraſque preces, ac cæremonias præſcriptas. Super quibus omnibus, ac eorum ſingulis, inſtante Domino D. Ioſepho Rodoerio Canonico Diacono præfatæ Eccleſiæ, ac Synodi Promotore petitum fuit, ut tanquàm Synodi Notarius, unum, vel plura, publicum, ſeù publica conficere, atque tradere deberem inſtrumentum ſeù inſtrumenta, proùt opus fuerit, & rogatus ero. Actum ibidem, anno, indictione, diebus, & Pontificatu, quibus ſuprà. Præſentibus, atque audientibus, & intelligentibus V.I.D. Auguſtino de Micco, Not. Petro Capaſſo, Honuphrio Fabricatore Neapolitanis, aliiſque Teſtibus ad prædicta omnia, & ſingula vocatis, habitis, atque rogatis, &c.*

Et in fidem ego Ioſeph Preti Neapolitanus Civis publicus per totum Orbem Apoſtolica authoritate Notarius, Curiæque Archiepiſcopalis Neapolitanæ pro Curia Actorum Magiſter, de prædictis rogatus præſens publicum inſtrumentum confeci, ſcripſi, ſubſcripſi, publicavi, meoque ſolito ſigno ſignavi req.

Loco ✠ Signi.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITVM,

Quæ in quinque partibus continentur Synodalium Constitutionum.

PARS PRIMA.

De Fide, & Fidei professione. Cap.I. pag. 51.
De Doctrina Christiana Cap.II. 52
De Verbi Dei Prædicatione. Cap.III. 55
De Blasphemiis, Superstitionibus atque Magicis Artibus. Cap.IV. 61
De Editione, atque usu librorum. Cap.V. 63
De Sanctorum, & Dierum Festorum cultu. Cap.VI. 66
De Reliquiis, & Miraculis Sanctorum. Cap.VIII. 69
De Sacris Imaginibus Cap.IX. 72.

PARS SECVNDA.

De Sacramentorum Administratione. Cap.I. 74
De Sacramento Baptismatis. Cap.II. 77
De Sacramento Confirmationis. Cap.III. 81
De Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento. Cap.IV. 83
De Sacramẽto Pœnitentiæ. Cap.V. 89
De Casibus Reservatis. Cap.VI. 95
De Sacramento Extremæ Vnctionis. Cap.VII. 101
De Sacram. Ordinis. Cap.VIII. 105.
De Sacramento Matrimonii. Cap.IX. 109
De Officio Exorcistæ. Cap.X. 114

PARS TERTIA.

De Sacrosancto Missæ Sacrificio. Cap.I. 116
De Oratoriis Privatis. Cap.II. 121
De Divinis Officiis. Cap.III. 123
De Sacrosanctis Ecclesiis. Cap.IV. 125
De Sacris Processionibus. Cap.V. 129
De Indulgentiis, & Quæstuariis. Cap.VI. 132
De Confraternitatibus Laicorum. Cap.VII. 134
De Funeribus, Exequiis, & Sepulturis. Cap.VIII. 135

PARS QVARTA.

De Vita, & Honestate Clericorum. Cap.I. 140
De Capitulo, & Canonicis. Cap.II. 143
De Seminario. Cap.III. 146
De Parochis. Cap.IV. 148
De Clericis Collegiatarum, aliisque Clericis Confratribus nuncupatis, & Ecclesiarum Rectoribus. Cap.V. 153
De Sanctimonialibus. Cap.VI. 155
De Conservatoriis seu Collegiis Puellarum & Mulierum, atque de Bizochis. Cap.VII. 159
De Regularibus. Cap.VIII. 161
De Rebus Ecclesiæ non alienandis. Cap.IX. 166
De Immunitate Personarum Ecclesiasticarum. Cap.X. 168

PARS QVINTA.

De Foro Archiepiscopali. Cap.I. 170
De Vicariis Foraneis. Cap.II. 174
De Constitutionibus Synodalibus. Cap.III. & Vltimum. 175

APPEN-

Digitized by Google

APPENDIX

AD PRIMAM

SYNODVM DIOECESANAM

AB EMINENTISS. ET REVERENDISS. DOM.

D. JACOBO

S.R.E. Cardinali Cantelmo Archiepiſcopo Neapolitano celebratam

Anno Domini M. DC. XCIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

I.

CLEMENTIS PP. X.

Constitutio, in qua Regularium privilegia quoad prædicationem Verbi Dei, & Sacramenti Pœnitentiæ administrationem, declarantur.

Ad Synodal. Constitutionum Part. 1. cap. 3. de Prædicatione Verbi Dei, & Part. 4. cap. 8. de Regularibus.

CLEMENS Episcopus Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

SVperna magni Patris familias præordinatione creditum Nobis universalis Ecclesiæ mysticum agrum circumspecta providentia custodire, atque excolere (quantum ex alto conceditur) satagentes, animum in eas curas libentèr intendimus, quibus valeant dissidia intèr villicos, & operarios componi, jurgia tolli, scandalis, atquè offensionibus aditus præcludi; Vt quibus una fides, una Mater Ecclesia, & unus Dominus, qui charitas est, & pacis cogitans cogitationes, fiat etiàm cor unũ, atque anima una; sic etenim evulsis opportunè zizaniis, dùm plantamus, & rigamus, incrementum dabit Deus; Quo benedicente messis multa fructu centesimo cœleste in horreum congregabitur.

1. Sanè cùm Sacri Concilii Tridentini decretis providè statutum fuerit, ut Regulares cuiuscumque Ordinis, nisi à suis Superioribus de vita, moribus, & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiàm in Ecclesiis suorum Ordinum prędicare non possint, cum qua licentia personalitèr se coràm Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequàm prędicare incipiant; In Ecclesiis verò, quę suorum Ordinum non sunt, ultrà licentiam suorum Superiorum, etiàm Episcopi licentiam gratis ab eo dandam habere teneãtur, sine qua in ipsis Ecclesiis nõ suorũ Ordinũ, nullo modo prædicare possint. Atq; ut nullus secularis, sivè Regularis, etiã in Ecclesiis suorũ Ordinũ, cõtradicẽte Episcopo, prędicare præsumat. Itidẽq; cum nullus Sacerdos Regularis possit cõfessiones Secularium, etiã Sacerdotũ audire, nec ad id idoneus reputari, nisi aùt Parochiale beneficium obtineat, aùt ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aùt aliàs idoneus ju-

Digitized by Google

dicetur; Et approbationem, quę gratis detur, obtineat, privilegiis, & consuetudine quacumque non obstantibus. Innotuit Nobis dubitationes nonnullas circà benedictionem, licentiam, contradictionem, examen, & approbationem ejusmodi in aliquibus Diœcesibus excitatas fuisse, ex quibus controversiæ, & dissensiones pręmultę in diem subsequi possent, occasione privilegiorum, quę per Sedem Apostolicam Religiosis Ordinibus concessa fuerunt.

2. Non attendentes, quod alias diversis temporibus prædictæ dubitationes, & controversiæ nonnullis Prædecessorum nostrorum Summorũ Pontificum Constitutionibus, earumque Declarationibus definitæ fuerint; Ejusmodi definitiones in unum collectas, ut magis, magisque dissensionum tollantur semina, & imposterum firmior in Agro Dominico pax Christi floreat, pro summo, quo fungimur Apostolatus officio, novis Apostolicis literis muniendas duximus, & roborandas; Itaquè de consilio nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum pietate, doctrina, & prudentia præstantium, & matura deliberatione nostra, atque ex certa scientia, hac generali, & perpetuò valitura Constitutione decernimus, & declaramus.

3. Regulares, qui in Ecclesiis sui Ordinis prædicare voluerint, teneri ab Episcopo Diœcesano benedictionem petere; Prædicare tamèn posse, quamvis illam non obtinuerint. Quod si Episcopus benedictionem nedùm non concesserit, sed etiàm contradixerit, nèc in prædictis quidèm Ecclesiis licere Regularibus prædicare; Eosque contravenientes ab illo tanquàm Sedis Apostolicæ Delegato censuris, aliisque pœnis Ecclesiasticis in vim Constitutionis fel. rec. Gregorii XV. Prædecessoris Nostri, incipientis, Inscrutabili Dei providentia, coerceri, & puniri posse. Episcopum tamèn absque justa, & rationabili causa contradicere non debere. Et hujusmodi benedictionem teneri etiàm Regulares petere, si in quibuscumquè Oratoriis sui Ordinis sermonem coràm Populo, vel in Ecclesiis, aùt ad Crates Monasteriorum Sanctimonialium eorum jurisdictioni subiectarum, licèt clausis januis, & nullus secularis ibi interfit, habere voluerint. Posse autèm Episcopum licentiam concessurum Regularibus in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, prædicare volentibus, illos, quàmvis ab Vniversitatibus, aùt à Magistratibus laicis nominatos, etiàmsi Episcopi Antecessores per tempus immemorabile hanc licentiã

abs-

Digitized by Google

absque examine concedere cõsueverint, quoad doctrinam examinare; Si ita ipsius arbitrio, quod moderatum, & discretum esse debet, visum fuerit. Et licentiam prædicandi semèl iisdem concessam ob rationabiles causas, licèt occultas, prædicationem tamèn concernentes, suspendere. Non posse tamèn Episcopum generatim prohibere Regularibus, quin in Ecclesiis suorum Ordinum prædicent.

4. Ad hæc Religiosos ab Episcopo ad Confessiones secularium in sua Diœcesi audiendas approbatos, non posse in alia Diœcesi eas absque Episcopi Diœcesani approbatione audire, quamvis pœnitentes subditi sint ejus Episcopi, à quo ipsi Religiosi jàm fuerant approbati. Et generalitèr approbatos ab Episcopo ad personarum secularium confessiones audiendas, nequaquàm censeri approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subiectarum; sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione; Atquè approbatos pro audiendis confessionibus Monialium unius Monasterii minimè posse audire confessiones Monialium alterius Monasterii. Itidemque Confessores extraordinarios semèl deputatos, atquè approbatos ab Episcopo ad Monialium confessiones pro una vice audiendas, haud posse expleta deputatione in vim approbationis hujusmodi illarum confessiones audire, sed toties ab Episcopo esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit. Ceterùm in Monasteriis, ac etiàm Collegiis, ubi juxtà Regularia Instituta vivitur, posse, tàm Prælatos Regulares, quàm Confessores Regularium eorumdem Monasteriorum, seù Collegiorum, audire confessiones illorum secularium, qui inibi sunt verè de familia, & continui commensales, non autèm illorum, qui tantùm ipsis deserviunt. Illos autèm Religiosos, qui ad confessiones audiendas idonei generalitèr reperti fuerint, ab Episcopis, generalitèr quoquè, & indistinctè absque aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aùt generis Personarum in Diœcesi propria admittendos. Quoad ceteros verò, qui, non adeò idonei reperiuntur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinariorum relinqui, ipsos cum limitata facultate, proùt eisdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere. Semèl autèm simpliciter approbatos posse in Diœcesi Episcopi approbantis quovis anni tempore, etiàm Paschali, & quorumcumque etiàm infirmorum confessiones audire absquè ulla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia. De qua tamèn confessione teneri dictos Religiosos eosdem Infirmorum Parochum illicò certiorem reddere. Et hoc posse

Digitized by Google

illis abEpiſcopo ſub pœna ſuſpenſionis à facultate audiendi confeſſiones præcipi: ſufficere tamèn, ut certioratio hujuſmodi fiat ſaltèm per ſcripturam apud ipſum Infirmum relinquendam.

5. Et eos, qui dictis Religioſis ſimplicitèr approbatis Paſchali tempore confeſſi fuerint, Conſtitutioni, quæ incipit, Omnis utriuſque ſexus, quoad confeſſionem dumtaxàt ſatisfeciſſe cenſendos. Regulares verò ad ejuſmodi confeſſiones audiendas prævio examine ſimplicitèr, & abſq; ulla temporis præfinitione ab ipſomèt Epiſcopo, ſecùs autèm ab ejus Vicario, aùt ab Anteceſſoribus Epiſcopis, approbatos, non poſſe ab eodem, quí ſic approbavit, iterùm examinari, aùt ab eiſdem confeſſionibus audiendis ſuſpendi, ſeù licentias illis conceſſas revocari, niſi nova ſuperveniente cauſa, quæ ipſas confeſſiones concernat. De qua tamèn haùd neceſſarium eſſe, ut in actis conſtet, nec eam teneri Epiſcopum ipſis Regularibus ſignificare, ſed Sedi Apoſtolicæ dumtaxàt, ubi eam ſibi aperiri poſtulaverit.

6. Porrò ſi Regulares cum ſcandalo, aùt aliàs inhoneſtè vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Epiſcopi judicio videantur à Cõfeſſionibus ſuſpẽdẽdi, in quo ipſius Epiſcopi conſcientiam oneratam eſſe volumus, cum præcipua Miniſtri Sacramenti pœnitentiæ qualitas ſit vitæ integritas, ac morum honeſtas; utique eam cauſam ad confeſſionis miniſterium pertinere, ac proindè nihil obſtare, quominùs ob eam poſſit Epiſcopus Regulares à ſemetipſo approbatos ſuſpendere, aùt repellere à confeſſionibus audiendis. Attamèn confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimùl unius Conventus Regularibus Confeſſoribus adimi ab Epiſcopo, inconſulta Sede Apoſtolica, nullatenùs poſſe. Ex facultatibus per Mare Magnum, aliavè privilegia Regularibus cuiuſcumque Ordinis, Inſtituti, aùt Societatis, etiàm Ieſu, conceſſis, factam eis non eſſe poteſtatem abſolvendi in caſibus ab Epiſcopo ſibi reſervatis. Et per confirmationes dictorum privilegiorum, quas Regulares à Sede Apoſtolica poſt Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquã revixiſſe privilegia priùs ab eodem Concilio, aùt deindè Apoſtolicis etiàm Decretis ſublata, atquè extincta, ſi quæ habebant, abſolvendi à caſibus Epiſcopo reſervatis.

7. Et habentes facultatem abſolvendi ab omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, non ideò à caſibus Epiſcopo reſervatis poſſe abſolvere. Poſſe autèm Regularem Confeſſorem in ea Diœceſi, in qua eſt appro-

Digitized by Google

approbatus, confluentes ex alia Diœceſi à peccatis in ipſa reſervatis, non autèm in illa, ubi idem Confeſſor eſt approbatus, abſolvere, niſi eoſdem Pœnitentes noverit in fraudem reſervationis ad alienam Diœceſim pro abſolutione obtinendâ migraſſe. Vigore ſupradictorum privilegiorum nequaquàm licere Regularibus, etiam fatisfacta parte, abſolvere pœnitentes à cenſuris quoad externum, & Iudiciale forum, & abſolutos ab eis in foro pœnitentiali, utique non cenſeri abſolutos in exteriori judicio, & contentioſo. Quinimmò cenſuris Eccleſiaſticis irretitos, & denunciatos ab Epiſcopis cogi poſſe gerere ſe pro talibus, etiàm ſi à Regularibus fuerint abſoluti. Quotiès exhibitis aliquibus Regularium Apoſtolicis privilegiis coràm Epiſcopo, ab eo judicetur ipſa non ſuffragari caſui, de quo agitur, ſi dictorum privilegiorum verba obſcura ſint, & ambigua, non eſſe ad Metropolitanum provocandum, ſed cum ejus ſit interpretari, cujus eſt condere, dictorum privilegiorum interpretationem Sedis Apoſtolicæ judicio, proùt aliàs Conſtitutione Prædeceſſoris Noſtri fel.rec.Clementis IV. ſtatutum fuit, eſſe requirēdā.

8. Decernentes ſic, & non aliàs per quoſcumque Iudices Ordinarios, vel Delegatos quavis auctorite, & dignitate fungentes, etiàm cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiàm de Latere Legatos, Vicelegatos, & Nuncios, & quoſvis alios ſublata eis, & eorum cuilibet quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane quidquid ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari.

9. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis in favorem quarumcumque perſonarum, atque quorumvis Ordinum, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiàm Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, etiàm Ieſu, ac cujuſvis alterius Inſtituti, etiàm neceſſariò, & in individuo exprimendi, Monaſteriorum, Conventuum, Capitulorum, Eccleſiarum, & aliorum quorumcumque, tàm Secularium, quàm Regularium locorum, necnon illorum, etiàm Iuramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, vel conſuetudinibus, etiàm immemorabilibus, exemptionibus quoque, Indultis, & privilegiis, etiàm in corpore Iuris clauſis, aùt ex cauſa, & titulo oneroſo, vel in limine fundationis conceſſis, etiàm Mari Magno, ſeù Bulla aurea, aùt aliàs nūcupa-

Digitized by Google

cupatis, Conservatorum deputationibus, eorumque, atque aliis inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minimè teneantur, quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiàm derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnòn irritantibus, & aliis decretis, etiàm motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aùt aliàs quomodolibèt, etiàm per viam communicationis, seù extensionis, concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiàm si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autèm per clausulas generales idem importantes, mentio, seù quævis alia expressio habenda, aùt aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro plenè, & sufficientèr expressis, & insertis habentes, illis, quoad ea, quæ eisdem præsentibus adversantur, aliàs in suo robore permansuris, harum serie specialitèr, & expresè derogamus, ceteriq; cõtrariis quibuscũque.

10. Ceterùm quia difficile foret præsentes literas ad singula quæq; loca deferri, ut ea tamèn omnibus innotescant, mandamus illas ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, atque Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ affigi, & publicari.

11. Volentes, quòd earundem præsentium literarum transumptis, etiàm impressis, manu tamèn alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Prælati, seù personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis in Iudicio, & extrà illud, ubi opus fuerit, eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

12. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum Decreti, declarationis, derogationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autèm hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo septuagesimo, undecimo Kal. Iulii. Pontificatus nostri anno primo.

G. Dat. I. G. Sluſius.

Visa de Curia P. Ciampinus. *D. Ciampinus.*

Decre-

Digitized by Google

Decretum de Collocutione cum Monialibus prohibita Regularibus, etiàm occasione Concionum, vel post eas, cum sit declarativum alterius Decreti Clementis IX. citati in Parte 4. cap. 8. de Regularibus, habebitur post illud eodem loco.

II.

Instruzzione a' Deputati per la Revisione, ò Espurgazione de' Libri.

Ad Part. 1. cap. 5. de Editione Librorum.

1. Ciascheduno de' Deputati per la revisione de' libri procuri di havere le Regole dell'Indice Romano fatte per tal'effetto in esecuzione della Bolla di Pio IV. acciò faccia la revisione in conformità di dette Regole.

2. Niun Revisore proceda alla revisione di qualsisia libro, ò da imprimersi, ò da ristamparsi, se prima non gli sarà presentato l'originale intiero di quello dovrà rivedere, e si haverà da stampare, col nome, e cognome dell'Autore, e se sarà opera di Regolare, colle licenze de' suoi Superiori Regolari, e sovra tutto, che habbia la Dedicatoria, la lettera a' Lettori, ed ogni altra cosa, che di esso dovrà stamparsi.

3. Habbia la commissione in scriptis sottoscritta da Monsignor Vicario Generale, e dal Deputato eletto specialmente à commettere la revisione de' libri, e rivedendo il detto originale lo sottoscriva nella fine d'ogni carta, e non faccia relazione del libro da imprimersi; se non finita la total revisione di esso; sicome ne anche consegni, pendente detta revisione, foglio alcuno allo Stampatore senza ordine espresso di detto Monsignor Vicario. Qual relazione si faccia in scriptis, e ritrovando qualche cosa contraria alla Santa Fede Cattolica, ò a' buoni costumi, ò pure offensiva direttamente, ò indirettamente della Giurisdizione Ecclesiastica, ò vero alcuna cosa ripugnante alle regole dell'Indice Romano, ancorche l'articolo, ò la proposizione fussero dubbie, ne avvisi modestamente l'Autore, affinche si cassi dall'originale, nè possa stamparsi; che se l'Autore non si accheterà à tal avviso, e non vorrà, che si cassi, ò pure si ostinerà in difenderle, lo conferisca col suddetto Deputato, il quale nella prima Congregazione, che si terrà avanti di S. Em.

sia

Digitized by Google

ſia tenuto farne relazione à voce, affinche ſe ne poſſa maturamente diſcorrere con gli altri Conſultori, e più opportunamente provedere, come ſarà di giuſtizia, che perciò i Reviſori in quella parte, ove faranno la cenſura, ſiano tenuti à notarla nella margine, ò in un foglio à parte.

4. Avvertiſcano li ſuddetti Reviſori ad oſſervare con diligenza quanto nell'opera, che dovrà ſtamparſi, ſi contiene, e che ſecondo le Regole dell'Indice Romano, ſono eſſi tenuti à notare, ed oſſervare, non ſolo ciò, che ſi eſprime nel corpo dell'opera, ma anche negli ſummarii, ed argomenti, nelle margini, nell'indice, nelle prefazioni, e nelle lettere dedicatorie, in cui ſuol alle volte accadere, che vi ſiano coſe, che impediſcono l'opera, che poſſa lecitamente ſtamparſi.

5. Di più avvertiſcano, che ſotto quel vocabolo di non poterſi ſtãpare coſe, che ſiano contro li buoni coſtumi, ſi comprendono non ſolo quelle coſe, che ſono per ſe ſteſſe laſcive, ed oſcene, ò ſiano parole, ò imagini; ma anche tutti li ſcherzi, e motti mordaci, che ridondano in pregiudizio della fama, e ſtima de' noſtri proſſimi, ed in particolare in pregiudizio degli ordini, ſtato, dignità, e perſone Eccleſiaſtiche, e Religioſe, ed in ſomma tutto quello, che ſi contiene nel paragrafo ſecondo del capitolo, *de correctione librorum*, del detto Indice Romano.

6. Reviſto che ſarà detto libro, e fatta dal Reviſore la relazione, ſe non vi ſarà, ò trovarà coſa di conſiderazione da eſpurgare, ò da levare, avanti, che ſi dia principio all' impreſſione, ſi mandi al detto Deputato, acciò vi faccia il decreto, che ſi poſſa imprimere. Qual decreto ſi ſottoſcriverà tanto da Monſignor Vicario Generale, quanto dal ſuddetto Deputato.

7. Stampato che ſarà detto libro, ſia tenuto il Reviſore fare il *concordat cum ſuo originali*, ed invigilare, ſe oltre il reviſto da lui, vi ſia ſtata aggiunta, ò levata qualſiſia coſa: e ritrovandoſi aggiunzione, ò diminuzione, ſia tenuto conferirlo col detto Deputato, il quale ne farà relazione à S.Em. ò al detto Monſignor Vicario, affinche ſi poſſa procedere di giuſtizia contro i traſgreſſori. Ma ſe trovarà, che ſia ſtato fedelmente, e puntualmente ſtampato, e conforme all'originale, ſia tenuto far la relazione, che *concordat cum ſuo originali*, acciò ſe gli dia da Monſignor Vicario il *poteſt publicari*, quale dovrà ſottoſcriverſi anche dal medeſimo Deputato, à cui ſia tenuto il Reviſore conſignare l'originale ſudetto, per conſervarſi, ſecondo le Regole dell'Indice Romano, nell'Archi-

Digitized by Google

chivio Arciveſcovale, affinche ſe in progreſſo di tempo ſi ritrovaſſero li libri alterati, ſi poſſa, fatta la collazione coll'originale, procedere conforme ſarà di giuſtizia.

8. La ſteſſa conſegna parimente dovrà farſi delle originali concluſioni, le quali non poſſono ſtamparſi ſe non dopo eſſerſi rivedute dal detto Deputato, e dopo ottenuta da lui la licenza di poterſi ſtampare, da darſi dal medeſimo in ſcriptis, e non à voce, e ſottoſcriverſi di ſua mano, e dopo ſtampate ſi conſegnino gli originali al medeſimo Deputato, affinche poſſa riconoſcere ſe ſiano fedelmente, e puntualmente ſtampate, e ſenza alterazione.

9. Avvertendoſi inoltre al Reviſore, che prima di far la relazione, che *concordat cum ſuo originali*, ſi faccia moſtrare dallo Stampatore il decreto originale dell'*imprimatur* ſottoſcritto da Monſignor Vicario Generale, e dal ſuddetto Deputato, ſenza vedere il quale non faccia in conto alcuna la detta relazione del *concordat*.

10. Se accadeſſe il caſo, che ad alcuno delli ſudetti Reviſori ſi haveſſe à commettere la eſpurgazione di qualche libro, non ſi poſſa da eſſo publicare il libro eſpurgato, ſe prima non ſarà riconoſciuto, ed approvato con decreto di Monſignor Vicario, ſottoſcritto dal ſudetto Deputato, eſſendoſi prima il tutto partecipato à S. Em. affine d'haverne il ſuo beneplacito, e così procederſi poi alla publicazione del ſuddetto libro. Il che s'intenda quante volte occorrerà detta eſpurgazione.

11. Avvertendo ſopra tutto, che nelle Apologie, & Invettive, prima ſi levino tutte le particolarità, che poſſono pungere, overo offendere, ed in particolare ſi tolgano tutti li nomi particolari, tanto de' vivi, quanto de' morti, contro chi ſi fanno dette Invettive, conforme alle Regole dell'Indice.

12. Il ſuddetto Deputato ſi ſtudii, ed uſi particolar diligenza, che non ſi commetta reviſione alcuna di libro à perſone, le quali può credere ſiano in qualche maniera affezzionate, ed addette all'Autore, tanto più ſe fuſſero perſone congiunte, parenti, ò dipendenti dal medeſimo Autore, e nè tampoco à perſona chieſta dallo ſteſſo Autore, ma à tenore del decreto della fel. mem. d'Aleſſandro VII. impreſſo nel ſuddetto Indice Romano, s'eliggano perſone dotte, morigerate, e non appaſſionate, e di cui non ſi può ſoſpettare, che ſi laſcino pervertire, ò ſconvolgere da fini, e riſpetti humani, ma più toſto, che hanno zelo del ben publico, e

Digitized by Google

dell'honore, e della gloria di Dio, anzi à persone, che siano più presto incognite all'Autore, che da quello conosciute.

13. Avvertisca ancora in conformità del suddetto decreto, che volendo qualche Regolare far imprimere alcun libro, non si dee cõmetterne la revisione ad altro dell'istes's Ordine, ed Istituto, ma ad altra persona d'Istituto differente, ò Prete, ò Regolare, ch'egli sia, oltre della licenza del suo Superiore, come s'è detto.

14. Il fare l'extrahatur de' libri, che si hanno à mandare fuori Napoli, lo possono fare solamente quei, che sono stati, ò saranno da S. Em. eletti per Consultori della Congregatione à tal'effetto. Ma il fare l'introducatur de' libri, che vengono da fuori Napoli, e si hanno ad introdurre in questa Città, ò pure estrarre dalla Regia Dogana, ò Gabella, spetta privativamente à Monsignor Vicario Generale, ò pure al sudetto speciale Deputato, conforme sempre si è praticato.

Tutte le cose predette con ogni puntualità, e diligenza si osservino sotto pena della privazione di più rivedere, & espurgare libri, ed altre rilervate ad arbitrio di S. Em.

III.

Festa, quæ de Præcepto servantur in Civitate, ac Diœcesi Neapolitana, tùm ex præscripto Constitutionis fr. Vrbani Pp. VIII. 164. *Universa*, tùm ex particularibus Sedis Apostolicæ concessionibus.

Ad Part. 1. cap. 6. De Sanctorum, & dierum Festorum cultu.

PRætèr eas, quæ sunt expressa in præcitata Bulla Vrbani VIII. quæ hìc inferere superfluum foret, cum ubique serventur, de sequentibus tantùm fieri mentionem congruum erit.

19. Septembr. S. Ianuarii Ep. & M. Princip. Patr. Civit. & Regni Neap. *de quo celebratur festum de præcepto, tanquàm de Principaliori Patrono Civitatis, ac Regni Neap. iuxtà præscriptum eiusd. Constitut. Vrbani VIII. & ex alio peculiari Decreto Sac. Rit. Congr. de mandato Alexandri VII. die 8. Augusti 1663.*

Celebratur etiàm Dominica prima Maii Festum Translationis Sanguinis Sancti Ianuarii, cui Sanctissimus Dom. Noster D. Innocentius XII.

Octa-

Digitized by Google

Octavam celebrari concessit à Clero Metropolitanæ Ecclesiæ, à quo etiam recitari indulsit eiusdem Sancti Patroni Officium semèl in mense, ut ex Decreto infrascripto.

NEAPOLITANA.

SActorum Rituum Congregatio ad relationem Eminentissimi,& Reverendissimi Domini Cardinalis Vrsini Archiepiscopi Beneventani, censuit, ut imposterùm à Clero Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolis singulis annis Festum Translationis Sanguinis S. Ianuarii Martyris Principalioris ejusdem Civitatis protectoris occurrens in prima Dominica Maii celebrari possit cum Octava, juxtà Rubricas Breviarii,& Octavarii Romani; ac insupèr recitari, ac respectivè celebrari Officium, & Missa præfati S. Ianuarii sub ritu semiduplici semel in mense die non impedita Officio novem Lectionum, servatis tamèn Rubricis Missalis,& Breviarii Romani, & exceptis diebus Adventûs, & Quadragesimę, si Sanctissimo Domino nostro placuerit. Die xv. Septembris 1691.

Et facto de prędictis verbo cum Sanctissimo per me Secretarium, Sanctitas sua benignè annuit, die 29. ejusdem mensis Septembris, & Anni 1691.

A. CARD. CYBO.

Loco ✠ Sigilli.

Ioseph Vallemanus Sac. Rit. Congreg. Secr.

4. Augusti. S. Dominici Conf. Patroni Civit. & Regni Neap. *Quod festum servatur de præcepto ex concessione eiusd. Alexandri VII. per suum Breve sub dat. Romæ apud S. M. Maiorem sub an. Pisc. die* 28. *Iunii* 1664.

28. eiusdem. S. Augustini Ep.& Conf.& Eccl. Doct. *Quod festum servatur de præcepto tantùm in Civitate Neap. ex concessione Alexandri VIII. iuxtà decretum tenoris sequentis.*

NEAPOLITANA.

AD enixas preces Sereniſſimæ D. Mariæ Annæ ab Austria Hispaniarum Catholicæ Reginæ Sanctissimo Domino nostro porrectas; ab eoque ad hanc Sacrorum Rituum Congregationem remissas, Sacra eadē Congregatio benignè inclinata, gratiam concessit, ut imposterùm Festū S. Augustini Ecclesiæ Doctoris in Civitate Neapolis ab omnibus Christi fidelibus tàm Secularibus, quàm Regularibus utriusque sexus audiendo

Digitized by Google

Missam, & respectivè vacando ab operibus de præcepto recolatur; ejusq; Officium, & Missa juxtà Rubricas Breviarii, & Missalis Romani ab universo Clero ejusdem Civitatis, proùt hactenùs, recitetur, & respectivè celebretur; ac ità servari mandavit die 5. Augusti 1690.

Et facto de prædictis verbo cum Sanctissimo per me Secretarium, Sanctitas Sua annuit, ac præmissum decretum edi, & publicari præcepit. Die 7. eiusdem mensis, & anni 1690.

A. EPISC. OSTIEN. CARDINALIS CYBO.

Loco ✠ Sigilli.

Ioseph Vallemanus Sac. Rit. Congr. Secretarius.

IV.

Editto per la Communione Pascale.

Ad Part. 2. cap. 4. de Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento.

GIACOMO, PER LA DIO MISERICORDIA, DEL TITOLO DE' SANTI PIETRO, E MARCELLINO, DELLA S.R.C. PRETE CARDINAL CANTELMO ARCIVESCOVO DI NAPOLI.

DEsiderando Noi di facilitare à i Popoli di questa Città, e Diocesi commessi alla nostra cura Pastorale la soddisfazione del precetto della Santa Communione in questo tempo Pascale per la maggior salute dell'Anime loro, e volendo insieme togliere ogni scusa à quelli, che differiscono d'adempirlo, con pretesto di non haverne havuto la commodità, ò altro.

Perciò valendoci delle facoltà, che ci ne sono state impartite con lettere della Sagra Congregazione del Concilio sotto li 20. del mese di Marzo del corrent'anno, prorogamo à beneficio di tutti il tempo di poter sodisfare al suddetto precetto fino al giorno dell'Ascensione di Nostro Signore inclusivè, communicandosi, ò nella nostra Catedrale, ò nelle Chiese delle proprie Parochie di ciascheduno; il qual tempo passato nō si distribuiranno più le schedule solite della Communione così nelle dette Chiese Parochiali, come nella nostra Catedrale; e quelli, che non havranno adempito, saranno incorsi ipso facto nell'interdetto personale à tenore de' Sagri Canoni, e specialmente del Sagro Concilio Lateranense nel cap. *Omnis utriusque sexus, &c.* da cui non potranno essere assoluti, se non da' soli nostri Penitenzieri nella nostra Chiesa Catedrale, ò da chi ne havesse special facoltà da Noi, ò dal nostro Vicario Generale, sa-

Digitized by Google

sarà peso de' Parochi di denunciarci i trasgressori, come espressamente loro ordiniamo; volendo insieme, che tanto essi, quanto i Predicatori di questa Città, e Diocesi publichino respettivamente, e nella Messa, e nelle Prediche questa prorogazione di tempo per adempire il precetto della Santa Madre Chiesa.

Ed acciòche s'habbia maggior notizia del presente nostro Editto, oltre la publicazione da farsi come sopra, vogliamo, che resti affisso alle Porte della nostra Catedrale, e Chiese Parochiali sudette, e così affisso sia per ciascheduno come un'espressa, e speciale monizione. Dato dal nostro Palazzo Arcivescovale questo dì 6. Aprile 1694.

GIACOMO CARD. CANTELMO ARCIVESCOVO.

V.

Istruzzione da farsi da' Parochi a' giovanetti, che dovranno communicarsi la prima volta.

Ad Part. 2. cap. 4. de Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento.

Essendo obligo preciso de' Parochi d'ovviare alla negligenza de' Padri, e Madri di fameglia, che il più delle volte trascurano d'introdurre i loro figli alla partecipazione della Sagrosanta Mensa Eucharistica, à cui in haver l'uso di ragione, vengono dalla Divina Bontà liberalmẽte invitati, da che ne viene allo spesso anche la trasgressione del Precetto dell'annuale Communione, come l'avvertiva a' suoi Curati Diocesani il grande Arcivescovo di Milano S. Carlo in una simile Istruzzione ad essi drizzata. *Cum autèm*, così il Santo Pastore, *pueros ad decem annorum ætatem venisse Parochus noverit, itaùt capaces sint, qui intrà aliquod tempus communionem excipiant, Curet Parochus, nè Parentum negligentia priventur ampliùs huius spiritualis thesauri participatione. Quandoque enim nonnullos, aùt negligentia, aùt ignorantia iàm annis multis provectos tales invenimus, sed quamprimùm poterit, diligentèr eos doceat, quæ ad hoc Sacramentum recipiendum sunt necessaria.* Però dovrà ciascuno de' Parochi haver nota distinta di tutti i fanciulli, che sono sotto la sua cura, e dell'età di ciascuno, se sia idoneo a la Santa Communione, dovendo tal esplorazione rimetterssi regolarmente al discreto giudizio del Curato medesimo, poiche à tal attitudine altri vi pervengono più presto, altri più tardi.

Pri-

Digitized by Google

Prima d'amministrar ad essi questo Divino Sagramento, l'esamini diligentemente in tutto ciò, che è necessario à crederſi, saperſi, & operarſi in ordine alla nostra Santa Fede, e virtù Christiane, & in particolare della dignità, & eccellenza di detto ammirabile Sagramento, in cui per le parole della consegrazione vi è il vero Corpo di Giesù Christo Signor nostro, e per concomitanza anche il suo Sangue, Anima, e Divinità, quale egualmente riceveſi sotto la ſpecie del pane, che del vino conceſſa ſolamente a' Sacerdoti.

L'insegni la dovuta preparazione, qual'è, non solo la diſpoſizione corporale, come sarebbe il digiuno naturale dalla mezza notte antecedente, ma in primo luogo haver la coscienza netta da peccato mortale, che perciò è necessario purgarne l'anima avanti di communicarſi, per mezzo del Sagramento della Confeſſione; poiche altrimente ſi commetterebbe nuovo peccato mortale di sacrilegio, come anche da' peccati veniali, quali benche non impediſcano il ricevere la Santa Cõmunione, pure togliono in parte il frutto di eſſa.

Di più, che la Communione non deve eſſer fatta per una certa uſanza, come fanno molti, ò per paura delle pene minacciate dalla Santa Chieſa à chi ne traſgrediſce il precetto, ò per altri humani riſpetti; ma con fervore, per corriſpondere all'affetto del medeſimo Redentore, moſtrato nell'iſtituzione di detto Divino Convito per l'anime, in cui ſi rappreſenta una viva imagine della ſua doloroſa paſſione, e morte nel Sagrificio incruento, che s'offeriſce quotidianamente sù l'Altare da' Sacerdoti, ſicome s'offerì dal medeſimo Chriſto sù la Croce nel Monte Calvario per la ſalute de' peccatori, acciò da detto Cibo Divino s'infervorino all'imitazione delle ſue virtù, e ricevano forza di reſiſtere alle tẽtazioni, il perdono de' peccati commeſſi, fortezza ne' travagli, & altre ſimili conſolazioni.

L'avvertiſcano, che havendo la coscienza macchiata da colpa mortale, anche dopo eſſerſene confeſſati, per dovuta riverenza di queſto Divino Cibo, ſarà bene per qualche giorno differire di riceverlo, per ſoddiſfare alla penitenza impoſtali dal Confeſſore, & eccitarſi ad atti di timore, e riverenza di queſto Santiſſimo Sagramento, e piangere i peccati cõmeſſi; & in detto tempo precedente ſtiano più ritirati dalle converſazioni, fuggano ogni occaſione di peccato, anche veniale: havendo ſingolar cuſtodia de' loro ſentimenti, & in particolare della viſta, udito, e lin-

Digitized by Google

lingua, & ogn'altra cosa contraria alla Christiana temperanza, con raccomandarsi particolarmente alla protezzione della Beatissima Vergine, per ottenere dalla sua intercessione quel vero apparecchio, di cui per fragilità se ne veggono manchevoli.

Questa necessaria preparazione congiunta con desiderio, e fame, & insieme timore, riverẽza, & amore suddetti, dovrà senza dubbio crescere nel giorno, e più nell'atto medesimo della Santa Communione, accompagnandosi con una somma riverenza, e decenza esterna, con la modestia del volto, e del corpo, con le ginocchia ambedue in terra, cõ le mani nel petto in forma di Croce, secondo l'uso antico di S. Chiesa, e le donne col capo velato, con aprire nel ricevere la particola modestamente la bocca, ricevendola sopra della lingua, posta non fuori delle labra, mà al pari de' denti di sotto, pigliando poi anco l'abluzione, che suol darsi per lavare per riverenza la bocca.

Per ultimo insegnino, che dopo essersi cõmunicati devono trattenersi per qualche tempo in orazione, ringraziando quella Maestà infinita, che s'è degnata venire in un vilissimo petto, abbracciandosi col medesimo Christo, proponendogli i proprii bisogni, e chiedendogli ajuto contro le tentazioni, e massime cõtro quelle, dalle quali ciascuno è più molestato, pregãdolo, che li riempia della sua divina grazia, e carità, li cõfermi nella Fede, e Speranza, e gli conceda d'impiegare tutto il corso della vita nel suo santo servizio, per ottenere al fine di essa la gloria eterna.

VI.

Decretum Sac. Cong. Cardinalium S. Concil. Tridentini Interpretum de mandato Innocentii XI. circà Communionem Quotidianam, & Confessionem Venialium.

Ad Part. 2. cap. 5.

CVm ad aures Sanctissimi D.N. fide dignorum testimonio pervenerit in quibusdam Diœcesibus vigere usum quotidianæ Communionis, etiàm in Feria sexta Paraſceve, & simùl affirmari eandem quotidianam Communionem præceptam esse à iure Divino, quin etiàm in illius administratione aliquos abusus inoleviſſe; videlicèt, quòd aliqui non in Ecclesia, sed in privatis Oratoriis, & Domi, imò cubantes in lecto,

Digitized by Google

lecto, & non laborantes ulla gravis infirmitatis notâ, sumant Sacrosanctam Eucharistiam, quam argentea theca inclusam in crumena, aùt secretò illis deferunt Sacerdotes seculares, aùt Regulares, aliique in Cõmunione accipiant plùres formas, ac particulas, vel grandiores solito; ac tandèm quis confiteatur peccata venialia simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, aùt Ordinario. Cùm autèm hæc Sanctissimus consideranda commiserit Sac. Congregationi Cardinalium Concil. Tridentini Interpretum, eadem Sac. Congregatio prævia matura discussione super prædictis, unanimi sententia ità censuit: etsi frequens, quotidianusvè Sacrosanctæ Eucharistiæ usus à SS. Patribus fuerit semper in Ecclesia probatus, nunquàm tamèn, aùt sæpiùs illam percipiendi, aùt ab ea abstinendi certos singulis mensibus, aùt hebdomadis dies statuerunt, quos nec Concilium Tridentinum præscripsit, sed quasi humanam infirmitatem secum reputaret, nihil præcipiens, quid cuperet tantùm indicavit, cùm inquit: *Optaret quidèm Sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis Fideles adstantes Sacramentali Eucharistiæ perceptione communicarent*; Idque non immeritò; multiplices enim sunt conscientiarum recessus, variæ ob negotia spiritus alienationes, multæ ẽ contrà gratiæ, & Dei dona parvulis concessa: quæ cum humanis oculis scrutari non possimus, nihil certè de cuiusque dignitate, atque integritate, & consequentèr de frequentiori, aùt quotidiano vitalis panis esu potest constitui. Et propterea quod negotiatores ipsos attinet, frequens ad Sacram animoniam percipiendam accessus, Confessariorum secreta cordis explorantium iudicio est relinquendus, qui ex conscientiarum puritate, & frequentiæ fructu, & ad pietatem processu Laicis negotiatoribus, & coniugatis, quod prospicient eorum saluti profuturum, id illis præscribere debebũt. In coniugatis autèm hoc ampliùs animadvertent, cùm Beatus Apostolus nolit eos invicèm fraudari, nisi fortè ex consensu ad tempus, ut vacent orationi, eos seriò admoneant, tantò magis ob Sacratissimæ Eucharistiæ reverentiam continentiæ vacandum, puriorique mente ad Cœlestium Epularum Communionem esse conveniendum. In hoc igitùr Pastorum diligentia potissimùm invigilabit, non ut à frequenti, aùt quotidiana Sacrę Communionis sumptione unica præcepti formula aliqui deterreantur, aùt sumendi dies generalitèr constituantur, sed magis quid singulis permittendum per se, aùt Parochos, seù Confessarios sibi decernendum putet; Illudque omninò provideat, ut nemo à Sacro Convivio

seù

Digitized by Google

ſeù frequentèr, ſeù quotidiè acceſſerit, repellatur; & nihilominùs det operam, ut unuſquiſque dignè pro devotionis, & præparationis modo rariùs, aùt crebriùs Dominici Corporis ſuavitatem deguſtet. Itidèm Moniales quotidiè Sacram Communionem petentes admonendæ erunt, ut in diebus ex earum Ordinis inſtituto præſtitutis communicent; Si quæ verò puritate mentis eniteant, & fervore ſpiritus ità incaluerint, ut dignæ frequentiori, aùt quotidiana Sanctiſſimi Sacramenti perceptione videri poſſint, id illis à Superioribus permittatur. Proderit etiàm præter Parochorum, & Confeſſariorum diligentiam, opera quoque Concionatorum uti, & cum eis conſtitutum haberi, ut cum fideles ad Sanctiſſimi Sacramenti frequentiam (quod facere debent) accenderint, ſtatim de magna ad illud ſumendum præparatione orationem habeant, generatimque oſtendant, eos, qui ad frequentiorem, aùt quotidianam ſalutiferi cibi ſumptionem devoto ſtudio excitantur, debere, ſivè Laici negotiatores ſint, ſivè conjugati, ſivè quicumque alii ſuam agnoſcere infirmitatem, ut dignitate Sacramenti, ac Divini iudicii formidine diſcant cœleſtem menſam, in qua Chriſtus eſt, revereri; Et ſi quando ſe minùs paratos ſenſerint, ab ea abſtinere, ſeque ad majorem præparationem accingere. Epiſcopi autem, in quorum Diœceſibus viget huiuſmodi devotio ergà Sanctiſſimum Sacramentum pro illa gratias Deo agant, eamque ipſi adhibito prudentiæ, & iudicii temperamento alere debebunt, & ab eorum officio poſtulari ſibi maximè perſuadebunt, nulli labori, aùt diligentiæ parcendum, ut omnis irreverentiæ, & ſcandali ſuſpicio in veri, & immaculati Agni perceptione tollatur, virtuteſque, ac dona in ſumentibus augeantur: Quod abundè continget, ſi ii, qui devoto hujuſmodi ſtudio, divina præſtante gratia tenentur, ſeque Sacratiſſimo Pane frequentiùs refici cupiunt, ſuas vires expendere, ſeque probare cum timore, & charitate aſſueverint: Quibus Chriſtum Dominum, qui ſe fidelibus mâducandum, & ſe pretium in morte tradidit, atque in Cœleſti Regno ſe præmium eſt daturus, precatur Sacra Congregatio, vt ſuam opem ad dignam præparationem, & ſumptionem largiatur. Porrò Epiſcopi, & Parochi, ſeù Confeſſarii redarguant aſſerentes Communionem quotidianam eſſe de iure divino, doceant in Eccleſiis, ſeù Oratoriis privatis, ex diſpenſatione, ſeù Privilegio Pontificis, de manu Sacerdotis ſumendam Sanctiſſimâ Euchariſtiam, nec eam ullo modo deferendam in Crumena, aùt ſecretò ad exiſtentes domi, vel cubantes in lecto, præterquàm ad infir-

Digitized by Google

mos, qui ad illam ſuſcipiendam ad loca prædicta accedere non valeant; & ad eos, ſi ab Eccleſia deferatur, publicè, & cum pompa, juxtà formam Ritualis Romani; Si verò ab Oratorio privilegiato, cum forma decenti. Curent etiàm, ut circà Communionem in Feria ſexta Paraſceves, Miſſalis Rubricę, & Eccleſiæ Romanæ uſus ſerventur; Inſuper admoneant nulli tradendas plures Euchariſtiæ formas, ſeu particulas, neque grandiores, ſed conſuetas; Non permittant, ut venialium confeſſio fiat ſimplici Sacerdoti non approbato ab Epiſcopo, aùt Ordinario: Si Parochi, & Confeſſarii, etiàm Regulares, aùt quicunque alii Sacerdotes ſecùs egerint, ſciant Deo Optimo Maximo rationem reddituros eſſe, neque defuturam Epiſcoporum, & Ordinariorum juſtam, ac rigoroſam animadverſionem in contrafacientes, etiàm Regulares, etiàm Societatis Ieſu, facultate ipſis Epiſcopis, & Ordinariis per hoc decretum per Sedem Apoſtolicam ſpecialitèr attributa.

Et facta de præmiſſis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione, Sanctitas Sua approbavit, ac præſens Decretum Typis dari, ac publicari voluit. In quorum, &c. Datum Romæ 12. Februarii 1679.

F. CARD. COLVMNA PRÆF.

S. Archiepiſc. Brancacius Epiſc. Viterbien. Sec.

VII.

Inſtructio pro Ordinandis.

Excerpta ex ea, quam latiùs Italico idiomate tradidit Eminentiſs. ac Reverendiſs. Dom. fel. rec. Innicus Card. Caracciolus Archiep. Neap. ſuo ſpeciali Edicto ſub die 29. Iunii 1680. aliquibus tantùm adiectis ad præſentium Conſtitutionum Synodalium tenorem.

Ad Part. 2. cap. 8. de Sacramento Ordinis.

§. I.

De vita, & moribus Ordinandorum.

1 SIc decet omninò Clericos in ſortem Domini vocatos, vitam, moreſque ſuos omnes componere, ut habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, aliiſque omnibus rebus nil, niſi grave, moderatum, ac religione plenum præleferant: ut eorum actiones cunctis afferant venerationem. *Trident. ſeſſ. 22. cap. 1. de Ref.* Vt autèm Clericis ad ea, quæ hic traduntur,

Digitized by Google

duntur, media ſuggerantur, præfatis omnibus inſinuatur, ſodalitium aliquod frequentare, ex iis, quæ, uti perfectionis gymnaſia, Eccleſiaſtico ſpiritui, atque Sacramentorum uſui magis idonea reputantur. Quarè minores Clerici poſt decimum quintum diē, poſt octavum verò in Sacris conſtituti, Euchariſtico pabulo reficiantur.

2 Præfecti Congregationum prędictarum, quæ in Diœceſi pro Clericis hactenùs habentur, ſivè quæ hac de cauſa impoſterum erigentur, à trimeſtri ſaltèm diſtinctam Eminentiſſimo Domino Archiepiſcopo in ſcriptis notitiam perferant ſupèr Ordinandorum, ac etiàm Preſbyterorum præfatis Congregationibus aſſiſtentia.

3 In locis verò, in quibus Congregationes præfatas erigi impervium fuerit, Ordinandi, aliorum locorum Congregationibus non adſcripti, Sacram Communionem ordine præmiſſo frequentent, quod pariformitèr Parochi referre non deerunt.

§. II.

De munere Parochorum, aliorumque, quibus commiſſum fuerit Ordinandorum vitam, ac mores inquirere.

1 SAc. Trident. Synodus *ſeſſ. 23. de Reform. cap. 5.* præcepit, ut ad ordines aſſumendi, Epiſcopum adeant, qui Parocho, aùt alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus, ac deſiderio eorum, qui volent promoveri, publicè in Eccleſia propoſitis, de ipſorum ordinandorum natalibus, ætate, maioribus, & vita à fide dignis diligentèr inquirat, & literas teſtimoniales ipſam inquiſitionem factam continentes ad ipſum Epiſcopum quamprimùm tranſmittat.

2 Hinc ſinguli ſciant eos dumtaxàt, qui laudabilis vitæ teſtimonio digni fuerint ad ordines evocandos, adeoùt Pontificalis Ritum, quo Preſul Populum interpellat dicens: *Si quis aliquid habet contrà illos, pro Deo, & propter Deum, cum fiducia exeat, & dicat*, præveniendo fideles omnes in Domino commonentur, ut ſi quid promovendorum vitæ dedecens quiſque cognoverit, Eminentiſſimo Archiepiſcopo, aùt Conſultorum ſuorum, Congregationis nimirùm pro Ordinandis, cuipiam referre minimè gravetur, ſciatque referentes huiuſmodi ſub arctiſſimo ſecreti ſigillo retinendos. Anonymis Epiſtolis nulla prorsùs tribuetur fides. Parochi tandèm, Vicarii Foranei, aliivè, quibus de Ordinandorum vita ſecretò perquirere commiſſum fuerit, nè ſint nuda relatione contenti, quod nimirùm ordinandus bonis moribus exornetur, verùm ea, quæ in-

Digitized by Google

frascribuntur, quo diligentiùs observent. Intèr Missarum solemnia festis diebus non continuis ter Populo denuncient (quod circà Tonsurandos, & ad Subdiaconatum promovendos in Parochiali respectivè, ac simùl in Cathedrali Ecclesia fiat) tenore, ut sequitur, v3.

Si notifica, che desiderando N figlio di N. essere promosso nella prima ordinazione di N. se alcuno conoscesse imperfezioni notabili nella sua vita, ò ne' suoi costumi contrarii alla purità, ed honestà dovuta allo stato Ecclesiastico, ò vero sapesse, che lui fusse colpevole di qualche delitto, ò havesse qualch'altro impedimento canonico, ò fosse caricato di grandi debiti, ò fosse obligato di render conto di qualche grande amministrazione debba rivelarlo, ma che lo faccia non per altro fine, che per la gloria di Dio, e per honore della sua Chiesa, senza odio, ò malizia, e ricordàrsi della condizione humana, nella quale tutti viviamo. post quæ subdet. *Questa è la prima publicazione, ò la seconda, ò la terza.*

3 Denunciatio præmissa earundem Ecclesiarum valvis affigatur, & si quid obstans relatum fuerit, Parochi epistola signata testentur, ut infrà peculiariùs indicabitur. Quinimmò Vicari foranei, Parochi, aliive Commissarii diligentèr, ac distinctè referant, requisiti, supèr capitibus infrascriptis.

4 An Ordinandus ab ordine postremùm susceptо habitum clericalem, ac tonsuram congruentem absque fuco vanitatis gestarit.

5 An ergà maioribus ordinibus insignitos reverentèr se gesserit.

6 An laudabili vita, an potiùs improba pateat: an in plateis, aùt officinis vagari solitus, & an cum laxioris vitæ hominibus conversetur.

7 An cum mulieribus cohabitet, & cujus ætatis illæ sint, an consanguineæ, & quo gradu, & an mulieres legere, scribere, aùt canere doceat.

8 An, & qualitèr Ecclesiæ, cui fuit adscriptus, inserviat, & quatenùs exerceatur.

9 An Ecclesias frequentet, maximè cum Sanctissimum expositum fuerit, sivè ad Infirmos defertur, aùt processiones, sivè conciones habentur.

10 An, & quatenùs Parochos adjuvet in Doctrina Christiana, aliisvè sacris functionibus.

11 An Sacramentorum usum frequentet, & quotiès in mense.

12 An solitus sit arma deferre, aùt secularibus se immiscere, & quatenùs: an ludis illicitis, aùt comœdiis vacet, sivè intersit, & an licitis publicè.

13 An

Digitized by Google

13 An laicorum servitio sit addictus, & an officio status Clericalis indigno.

14 Exaratæ autèm à Parocho, aliovè Commissario testimoniales ejusmodi literæ, quæ secretam, & extrajudicialem informationem deferent supèr singulis ut suprà quæsitis, eorumque propria manu subscriptę, clausæ, ac obsignatæ ad Eminentissimum Archiepiscopum, ipsorum, vel alterius personæ fidelis, non autèm ipsius Ordinandi, opera dirigantur, ea desupèr inscriptione. *Pro sacra ordinatione.*

15 Parocho, aliivè Commissario sub pœna excommunicationis eidem Eminentissimo Domino reservatæ interdicitur commissiones prædictas, sivè quid eas concernens, alicui revelare: iique in Domino commonentur, ut in re tàm gravi quauis negligentia, fraude, aùt respectu posthabitis, munus commissum, qua opus est, charitate, ac zelo perficere studeant, nè indignorum ordinationi ullatenùs ad propriæ salutis perniciem assentiri patiantur.

16 Satagent etiàm Parochi supèr Ordinandorum in Parochia commorantium, vita, ac moribus vigilare: eos igitùr moneant, obsecrent, increpent, ut ab evitandis declinent, hasque monitiones diligentèr observent, nè deinceps ab Ordinibus retardentur, ni potiùs repellantur.

§. III.

De scientia Ordinandorum.

1 NEc moribus dumtaxàt laudabilem, verùm scientia præditum esse Clericum oportet, ut proficuè sui muneris partes explere valeat. Quarè licèt accurato priùs examine initiandorum scientia perquiratur, attamèn proderit media præcedentèr apponere, priùsq; scrutari, nùm Ordinandi comparandæ doctrinæ diligentèr incumbant.

2 Ad Ordines ergò promovendi scholas, ac studia eorum professioni congrua sedulò frequentent, nèc in Diœcesi potissimùm, grave sit Parochis de Ordinandorum profectu, eundem Eminentissimum Archiepiscopum tertio quoque mense, & quo fuerit opportuniùs, certiorare.

3 Clerici Civitatis, qui intrà annum ad Sacros Ordines promoveri poterunt, aliive Subdiaconi, ac Diaconi omnes legitimè non impediti, Moralis Theologiæ conferentiis, quæ in Cathedrali Ecclesia certis diebus habentur, assistere procurent, ut dùm de tali assistentia testimonium efferent, utpotè ad scientiam necessaria media eos elegisse constiterit, ad Ordines libentiùs assumantur.

4 Priuſ-

Digitized by Google

4. Priusquàm examen subeant Ordinandi, præmonuisse proderit, in quibus ii passim interrogari debeant, ut rectiùs desupèr instruantur, & peculiaritèr forsàn examinati, promptè respondeant.

5 Tonsurandi, ac ad Minores Ordines promovendi legere, ac scribere, atque Doctrinam Christianam probè sciant, quinimmò, & linguam latinam intelligant, ut Catechismum grammaticali sensu explanare valeant, ex quibus idoneitatis ad superiores Ordines indicium præbeat.

6 Ad Subdiaconatum promovendos, Divi Caroli exemplo, interrogari conveniet:

De Ordinum Minorum, & Maiorum differentia.
De Voto continentiæ, quod Subdiaconatus Ordini coniunctum est.
De Sacramentorum etiàm doctrina, saltèm generatim.
De Rubricis, & modo recitandi Officii Diuini.

7 Ad Diaconatum promovendus ea, quæ ad præfatum Ordinem spectant, optimè calleat, necnon ejusdem Divi Caroli exemplo examini subiicietur. *De Sacramentorum doctrina, & de aliqua idoneitate in Concionibus habendis.*

8 Grave profectò scandalum foret Subdiaconos, Diaconos, ac Presbyteros Doctrinæ Christianæ ignorantia laborare, ut eam alios edocere nequirent, qui hæc ergò ignoraverint in examine, sivè generali, sivè peculiari, quæ apprimè sciri ab Tonsurandis decretum est, prorsùs à Majoribus Ordinibus excludentur.

9 Ad Presbyteratum promovendos diligentiùs perscrutari opus erit, nùm ea scientia polleant, qua satis erunt ad Populum edocendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac Sacramenta ministranda, juxtà Tridentini Decretum *sess. 23. cap. 14.* ac etiàm præcisè ex iis quærendum, juxtà ejusdem Divi Caroli Instructionem.

Quid sit Missæ Sacrificium.
Qui illius Sacrificii effectus.
Quæ eiusdem partes.
Quæ necessaria in eo sint.
Quæ sacrarum vestium significationes.
Quæ in eo Sacrificio offerendo requirantur.
Vbi, & quando illud fieri non liceat.
De defectibus in Missa occurrentibus.
An Sacræ Confessionis aliquam peritiam habeant.

An

Digitized by Google

An doctrinam item teneant, qua verbum Dei rectè tractare, conscionemque habere possint.

An quæ de re sacra, de Christianarum virtutum officiis, atque de omni re ad salutem necessaria aptè Populum instruere, atque docere possint.

10 Hinc etiam inquirendum, num Sanctorum scientia referti sint, ex qua vera idoneitas in excipiendis sacris ministeriis exploretur; Gregorio admonente, qui ait *Epist. 26. lib. 3. Provideri debet quales ordinentur, ut prius aspiciantur, si studium orationis habuerunt.*

§. IV.

De Servitio Ecclesiarum.

1 NI Clericus Ecclesiæ inserviat, nedùm ad Sacros Ordines ascendere, quin, si Beneficium habeat, clericalibus franchitiis gaudere minime poterit. Fraudibus tamèn occurrendum est, quæ hac in parte potissimum agnoscuntur: exindè.

2 Minorum, sivè Majorum Ordinum Clerici hujus Neapolitanæ Civitatis, Ecclesiis, quibus respectivè fuerunt adscripti, tùm pro Missarum solemnium celebratione, tum quibuscumque sacris actionibus frequentèr inserviant, tùnc præcipuè, cum Sanctissimum Sacramentum exponitur, vel ad infirmos defertur, ac pueri, Divinæque legis expertes, in dei mysteriis instruuntur.

3 Qui verò Diœcesis fuerint, Dominicis, ac festivis diebus, Parochialibus, aliisque, ut præfertur, inserviant, ceteraque sigillatim perficiant, quę de iis, qui in Civitate morantur nupèr edicta sunt.

4 Si quis autèm Ecclesiæ servitio deputabitur, cui non fuerat adscriptus, servitium prefatum, si laudabile fuerit, ei suffragetur, præcedente tamen Generalis Vicarii licentia.

5 Negligentes itidèm nè dùm ab ordinibus excludentur, verùm etiam juxtà Sacrorum Canonum, ac Tridentini rescriptum clericalibus franchitiis privandi erunt, eos enim fraudulentèr extorquet, qui clericalem habitum deferens Ecclesię servitium aspernatur.

6 Parochi, aut Ecclesiarum Rectores de prefati servitii testimonio requisiti, haùd generalibus verbis testentur Ordinandum Ecclesię servitio vacasse, quin protinùs exprimere debeant quoties, & quid in suis Ecclesiis egerint, & an laudabilitèr, ac modestè. Vndè librum hęc desupèr conscribant, ex quo dumtaxàt testificationes hujusmodi desumantur, nec omninò prefati graventur Clericorum hac in parte negligen-

gen-

Digitized by Google

gentiam Eminentiſſimo Domino interdùm enunciare.

7 Quoniam verò præſtitum Eccleſiis miniſterium valdè proficiet, ut Ordinandis quandoque Interſtitia relaxentur. Id igitùr ſingulis innoteſcat, ullam unquàm ſpem diſpenſationis eiuſmodi iis, qui minùs frequentèr ſuis Eccleſiis inſervient, ſuppetere: ex eo enìm Eccleſiarum obſequio patebit nùm pro eiſdem quis utilis, aùt neceſſarius fuerit, ut ex lege Tridentini præſcribitur. Nec unquàm ſupèr prefatis interſtitiis diſpenſabitur, ni Parochus, aùt Rector Eccleſiæ, cui ordinandus inſerviet Iurejurando teſtetur cauſam neceſſitatis, ac utilitatis Eccleſiæ, proptèr quam ordinationem ſuam quiſpiam præſtolatur.

8 Sed quoniàm Eccleſiæ ſervitium idcircò Clericis per Eccleſiaſticas leges injungitur, ut potiſſimùm ii ſacris muneribus addicti, Clericalis vitæ virtutibus, ac ſacrarum cęremoniarum peritia decorentur, ut ſe idoneos altioribus officiis aſſumendis exhibeant: idcircò non ſolùm ſimplex eiuſmodi ſervitium à Clericis requiretur, quinimo proùt fuit eis in Edicto à die 21. Ianuarii 1692. iniunctum, ſinguli tàm ad primam Tonſuram, ſivè Minores, aùt Sacros Ordines aſſumendi, ſivè potiùs ex quo veſtem induerint clericalem, ſingulis Dominicis domum Sacerdotum Miſſionis frequentare ſtudeant, ut, & Miſſarum ſolemniis interſint, Sacram Communionem recipiant, Eccleſiaſticarum functionum, ac cæremoniarum uſum addiſcant, ac ſpirituales inſtructiones audiant, quod ſub nullo prætextu intermittere audeant, uſquedum fuerint ad Ordinem ipſum Presbyteratus evecti. Aliàs id minimè, aùt ſaltèm parùm continuatè proſequentes penitùs ab ſuſcipiendis Ordinibus excludentur. Idque conſtare debeat ex atteſtatione Superioris dictorum Sacerdotum, quolibet ſemeſtri, nimirùm Decembris, ac Iunii menſibus (etiàm ſi quis eo tempore ordinari non petat) per ſingulos ex præfatis ordinandis afferenda Secretario Congregationis pro Ordinandis, qui eas in libro peculiaritèr ad hæc nuncupato diſtinctè referat, ac deſcribat, ut Ordinationum tempore frequentium, aùt infrequentium notitia promptiùs habeatur.

§. V.

De Titulo, ſive Beneficii, ſive Patrimonii Ordinandorum.

1 SVnt, qui variis artibus, ac fallaciis ordinationum ſuarum titulos, ni vè Beneficii, ſivè Patrimonii, ſimulare audent. Quod etſi diligentiſſimè per Curiam Archiepiſcopalem fuerit hactenùs perquiſitum, impoſterum autèm hæc erunt peculiariùs obſervanda.

2 Pri-

Digitized by Google

2 Primò quidèm frequentèr Parochi, & præcipuè propè Ordinationum tempora promulgent Synodale decretum, quo moneantur omnes, & singuli, sivè ad primam tonsuram, sivè ad Minores, aùt Sacros Ordines promovendi, nè ullo pacto falsum, fictum, aùt fiduciarium patrimonium exhibeant, aliàs ultrà falsi criminis pœnam ex eo tunc ipso facto exercitium eis in susceptis Ordinibus interdicitur, suspensione Eminentissimo Domino reservata, quæ nunquàm relaxabitur, nisi constituto reali Patrimonio: Constituentes verò, & cooperantes, sivè consulentes, & quomodolibèt in his concurrentes in sententiam excommunicationis latam ipso iure, paritèrque eidem Eminentissimo Domino reservatam incurrent.

3 Dùm titulus erit Beneficii, constet authenticè. Primò de pacifica possessione. Secundò, de quantitate annui redditus, saltèm aureorum triginta sex. Tertiò, de eorundem perceptione. Quartò, de oneribus annexis, nec nè.

4 Ad titulum patrimonii constet pariformitèr bonorum qualitas, cuius generis, & undè ad Ordinandū pervenerint. Stabilia, vel emptiones supèr Arrendamenta, ut vulgò dicitur, & similia, si quæ Ordinandis donata fuerint, regularitèr non admittentur, nisi quæ à Patre, Matre, fratribus, sororibus, ac Patruis, qui filiis careant, pervenire videantur: Quoad verò extraneorum donationes donatorum qualitas, ac occurrentes circumstantiæ in casibus peculiaribus attendentur.

5 Circà bona Ordinandis vendita, sivè donata constare debeat, an, & quomodò donantis, sivè vendentis fuerint, idque per authenticam declarationem, & appareat venditiones, aùt donationes sic antecedentèr factas fuisse liberas, ac perpetuas, nec reservato regressu, aùt iure quolibet supèr bonis eiusmodi venditis, aùt donatis; necnon sub alio quovis pacto, & insupèr ne aliud instrumentum, sivè scriptura venditioni, aùt donationi prædictis contraria penitùs intercesserit.

6 Pro redditibus ex emptionibus supèr Arrendamentis præfatis, aùt cum Bancis huius Civitatis, aùt censibus, & emptionibus annuorum reddituum cum particularibus personis, adducantur priùs emptionum præfatarum instrumenta, necnon fides Ministrorum, & Officialium ea administrantium, ac respectivè declarationes in forma probante ipsarum particularium personarum declarantium tales emptiones patrimonio Ordinandi addictas iamdiù fore, atquè quod nullatenùs reemptiones

Digitized by Google

fient, sivè pecuniarum restitutiones, nisi præcedenti Curiæ Archiepiscopalis assensu ad approbandam Patrimonii subrogationem.

7 Titulus ex emolumentis Ecclesiæ receptitiæ cum Ordinandus ad Presbyteratum ascenderit, nullatenùs admittatur, nisi iuxtà Sac. Cõgr. Conc. decretum eò interim tempore, à Subdiaconatu nimirùm ad Presbyteratum alius titulus substentationi sufficiens assignatus fuerit.

8 In Ecclesiis Parochialibus, ac pro iis, qui in Civitate sunt, etiàm in Cathedrali, tribus Dominicis diebus, sivè aliàs festivis de præcepto, non continuis, cuiuslibet ordinandi titulus materna lingua Populo denuncietur, modo ut sequitur, v3.

Si notifica, che N.N. figlio di N. desiderando d'esser promosso a' Sacri Ordini, pretende di far approvare per suo Patrimonio v.g. una Massaria, &c.

Explicetur qualitas bonorum, & quomodò ad Ordinandũ pervenerit.

Se alcuno sapesse, che i frutti, le proprietà, ò vero l'heredità quì contenute non appartenessero à dett'Ordinando, ò à quelli, che glie le donano, ò vero che questi terreni, heredità, ò questi frutti siano hipotecati, ò in altro modo obligati, in modo tale, che il detto Patrimonio non possa essere sicuro, e non arrivi alla somma di trentasei docati di rendita annua, ò vero, che in questo Patrimonio vi sia qualche suppositione, ò falsità, sia obligato in coscienza di darne avviso sotto pena di scommunica. E si notifica, che quelli, che si rogano, ò scrivono instrumenti, albarani, ò altre scritture publiche, ò private de Patrimonii, che eglino sappiano essere fittitii, & altri, che con consigli, con l'opere, con le vendite, e con le donazioni cooperano à patrimonii fittitii, incorrano ipso facto nella scommunica riservata al Signor Cardinale Arcivescovo, conforme alla riservazione contenuta nelle Costituzioni Sinodali.

9 Vltrà denunciationes præfatas, earum notulæ in Ecclesiis prædictis affigantur, ex quo si quid Parochi sciverint, præfatis Consultoribus deferatur.

10 Bona itidèm extimentur, & quinàm redditus ex eis percipi valeant, deductis oneribus: hæc autèm extimatio fiat coràm Parocho, qui eam subscribat, ac simùl quatuor Presbyteri Civitatis, aùt Diœcesis respectivè, aùt aliàs viciniores Diœcesani, iis deficientibus.

11 Registrum titulorum apud Actorum Magistrum Curiæ Archiepiscopalis retineatur, ad quod ea omnia, nupèr ordinata referantur: necnon ipse Actorum Magister in testimonialibus literis Subdiaconatus expressè declaret titulum, sivè Beneficii, sivè Patrimonii: Archivarius verò

Digitized by Google

rò instrumenta, ac scripturas ejusmodi titulos concernentia peculiaritèr inscripta, & volumine colligata conservet.

§. VI.

Monita Ordinandis, dum ad Ordines instabunt promoveri.

1 QVicumque ad Ordines promoveri desiderat suum priùs adeat Confessarium, à quo id consulendum erit, quod assumendi muneris gravitati, suique pœnitentis profectui magis in Domino visum fuerit expediens: enixè autèm Confessarii omnes monentur, ut de consilio requisiti, ea, quæ decet, licetque officii sinceritate Ordinandi priùs idoneitatem, vitam, ac mores inspiciant, & annè juxtà Pontificalis monitum, cœlestis sapientia, probi mores, & diuturna justitiæ observatio ipsum commendent, cum potissimùm à Subdiaconatus ordine ampliùs non liceat à proposito resilire. Quinimmò quos Clericatus honorem humano affectu perquirere, atque tantis oneribus impares noverint, optimè sciant ab meditato proposito revocare, nè proptèr indignè promotionis consilium, & ipsi de Ordinatorum flagitio participes fiant.

2 Statu Clericali, sicùt præfertur electo, cum decentibus habitu, ac tonsura ad Eminentiss. Archiepisc. personalitèr Ordinandus accedat duobus saltèm mensibus priusquam Ordinationis tempus adveniat. Supplicem exponat libellum, ubi suum conscribat nomen, agnomen, Parentem, locum, Parochiam, domũ, ac Parochias, quas priùs incoluerit.

3 Clericus Ecclesiam, cui fuerit adscriptus explicet, sua studia, & studiorum loca, ac Magistros, Quòd si supèr interstitiis dispensationem exquiret, tempus ab Ordine demùm susceptо, ac causas, necnon Parochi, sivè Rectoris, ut præscriptum est, eas desupèr testimonium omninò producat.

4 Cum rescriptum exceperit ad secretam Congregationem directum, Consultores adeat, ut juxtà graviſſimum Divi Caroli monitum, *eius vultus, habitus, corporis, & vestitus, & incessus, & gestus, & sermo diligentèr inspiciatur.*

5 Monuit itidèm Ordinantes Gregorius *lib. 4. Epist. 55.* Oportere, ut neque per commodum, neque per gratiam, aùt quorundam supplicationem, aliqui ad Sacros Ordines permittantur adduci; nam & peccatum grave est, inquit, & sine correctione hoc non patitur remanere. Quarè Congregationis præfatæ Consultores omnes ejusmodi commen-

Digitized by Google

dationes abrumpant, ut in re tanti momenti hæc humanitatis officia penitùs absint: Quinimmò Ordinandi eas aucupantes ab ordinibus ea sola de causa, veluti meritis inopes, retardentur. Nec profectò sinceræ fidei dignorum testimonia de Ordinandorum qualitatibus respuere debent, dùm ea ex domus Dei zelo noverint processisse.

§. VII.

Requisita ad Primam Tonsuram, Minores, ac Maiores Ordines ab Ordinandis exhibenda in forma probante.

Ad Primam Tonsuram.

1 Fides Baptismi, ut constet de legitima ætate.
2 Confirmationis.
3 Matrimonii Parentum, ut legitimi natales appareant.
4 Perquisitionis Curiæ Laicalis, dùm Ordinandus annum decimum quartum attigerit.
5 Bonæ vitæ, ac morum, & frequentiæ exercitiorum in domo Missionis.
6 Frequentiæ scholæ, aùt studii. *ad præscriptum Constit. Synod. p. 2. cap. 8. num. 8.*
7 Fratrum viventium, & quis eorum sit major.
8 Publicationum in propria Parochia, & Cathedrali.
9 Ac ex laudabili, quæ viget consuetudine, titulus Beneficii, aùt Patrimonii aureorum triginta sex.
10 Ecclesiæ servitium, cui fuit adscriptus: postquàm cum debita licentia vestes clericales assumpserit, ut sic suum quodammodò ad Ecclesiasticam vitam tyrocinium expleat, quod servitium Parochi, sivè Rectores, ut aliàs fuit indictum, accuratè testentur, quorum erit etiàm supèr tyronum ejusmodi vita, & moribus vigilare.

Ad Ordines Minores.

1 Perquisitio Curiæ Archiepiscopalis.
2 Literæ testimoniales collationis primæ Tonsuræ.
3 Fides servitii Ecclesiæ.
4 Studii, ut suprà.
5 Publicationum in propria Parochia.
6 Frequentiæ Sacramentorum, & domus Missionis.
7 Bonæ vitæ, ac morum.
8 Doctrinæ Christianæ vacasse, Parochos in rudium institutione coadjuvando.

Ad

Digitized by Google

Ad Subdiaconatus Ordinem.

1 Perquisitio Curiæ Archiepiscopalis.
2 Fides Baptismi, ut constet de anno 22. incœpto.
3 Servitii in Divinis.
4 Studii.
5 Frequentiæ Sacramentorum & domus Missionis.
6 Bonæ vitæ, ac morum.
7 Publicationum in Cathedrali, & propria Parochia.
8 Titulus Beneficii, aùt Patrimonii.
9 Literæ collationis Acolytatus.
10 Doctrinæ Christianæ ut suprà.

Ad Diaconatus Ordinem.

1 Fides Baptismi, ut constet de anno 23. incœpto.
2 Literæ collationis Subdiaconatus.
3 Fides publicationum in propria Parochia, & Cathedrali.
4 Perquisitionis Curiæ Archiepiscopalis.
5 Servitii in Divinis.
6 Frequentiæ Sacramentorum, & ut suprà.
7 Perceptio fructuum Patrimonii.
8 Doctrinæ Christianæ, ut suprà.

Ad Presbyteratus Ordinem.

1 Fides Baptismi, ut constet de anno 25. incœpto.
2 Literæ collationis Diaconatus.

Cetera requisita, proùt suprà ad Ordinem Diaconatus.

1 Ad Sacros Ordines promovendi, & jam per examen approbati, domum Patrum Missionis in Suburbio Virginum adeant, ut ibi spiritualibus exercitiis (etiàm ad præscriptum san: memor. Innocentii XI. cujus mandatum per liter. circular. Sacræ Congregationis Concilii infrà habebitur) vacent per decem dies, ab externorum colloquiis alieni, nisi de licentia Superioris domus prædictæ, necessitate urgente, cum aliquo loqui permissum fuerit. Inibi sacris functionibus, qua decet animi promptitudine, ac modestia alacriùs incumbant. Quinimò Superioris præfati, alteriusvè Præsidentis conscientiæ injunctum sit, de Ordinandorum actionibus exercitiorum tempore Eminentissimum Dominum certiorare, ut inòbservantes, aùt immodesti nedùm corrigantur, verùm & ab Ordinibus repellantur.

2 Præ-

Digitized by Google

2 Præsens igitùr Instructio in Ecclesia Cathedrali, sivè Parochialibus, aùt quibus tradita fuerit, affixa, patenti, decentique loco remaneat, & à Vicariis Foraneis, ac Patribus Missionis prædictæ publicè pro Ordinandis, sivè exercitantibus habeatur.

3 Hæc tandèm sunt, quæ ad Ordinandos diriguntur, ut munerum ad quæ festinare contendunt, optimè memores Sacerdotalibus etiàm virtutibus exornentur, ut supèr ipsos Episcopalibus precibus, ac ministerio Spiritus Sanctus de Cœlo descendat, nec Præsul de eorum provectione, nèc ipsi de tanti officii susceptione damnari à Domino, sed remunerari potiùs mereantur. Quòd ipse Dominus concedat per gratiam suam.

Quæ ad Ordinatos, sivè Ordinandos ab alienis Episcopis sub emendicato titulo subdebantur in Instructione fel. rec. Cardinalis Caraccioli, consultò detracta sunt, ex eo quod, dùm hæc Synodus sub prælo esset, emanaverit salubberrima Constitutio SS D. N. Innocentii XII. prid. Non. Novembris 1694. quæ incipit. Speculatores, *eaque posthæc per extensum habebitur: undè singula ad prædictas Ordinationes concernentia, cum permaxima Ecclesiarum omnium utilitate disponuntur, ac declarantur: adeòque contrà eiusd. Constitutionis formam Ordinati, poenis omnibus in eadem indictis, omnimodè subiacebunt.*

IX.

Regulæ Congregationis pro Ordinandis.

Ex iis, quæ Italico Idiomate tradidit idem Eminentiss. & Reverendiss. Dom. Cardinalis Caracciolus Archiepiscopus sub die 9. Februarii 1682.

Ad Part. 2, cap. 8. sit.

1 Licet pro Ordinandis ab anno 1680. plenior emanaverit Instructio, attamèn, ut eadem alacriùs recolatur, necessarium apprimè erit, cooperatores hinc Præsularibus operibus adjungere, cum id præcipuè Tridentina Synodus ordinarit, quæ sess. 23. cap. 7. de Refor. sic habuit. *Episcopus autèm Sacerdotibus, & aliis prudentibus viris peritis Divinæ legis, ac in Ecclesiasticis functionibus exercitatis, sibi adscitis, Ordinandorum genus, personam, ætatem, institutionem, mores, & fidem diligentèr investigato & examinet.* Undè his adhærendo ad hanc discretionis arduitatem, Eminentiss. Dom. fel. rec. Innicus Card. Caracciolus Archiepiscopus Presbyteros nonnullos in doctrina, prudentia, ac sacrarum functionum peritia confirmatos in unum collegit sub nomine Congregationis Secretæ Ordinandorum, eisque, quorum potissimùm foret instru-

Digitized by Google

ſtructionum præmiſſarum obſervantiâ promovere, velùt Coadiutoribus, eaque in re ſpecialibus Conſultoribus, opus fuit Regulas ordinare.

De Officio Canonici Secretarii Sac. Ordinat.

1 AD Congregationis Canonicum Secretarium peculiaritèr deſignatum pertineat, memorialia, quæ fuerint eidem directa in Congregatione proponenda intèr Conſultores æqua ſerie partiri, Ponentem cuiquam deputando, parte tamèn ſibi retenta. Is igitùr in libello Ponentes diſtributos notabit, & quot, quoſvè cuiquam ex Conſultoribus Ordinandos in Congregatione proponendos dimiſerit, & quinàm ad inquirendum, ut infrà, Conſultores deputentur.

2 Præterea Ordinandis inſinuet, ut ſuum quiſque Ponentem adeat, duoſque Conſultores deputatos ad Ordinandi mores, ac vitam ceteris indicandam.

3 Exhibitis Secretario memorialibus in Congregatione proponendis valeat ipſe forma jam Typis tradita Parochis reſpectivè committere conſuetas publicationes fieri, quarum teſtimoniales epiſtolas, dùm acceperit Ponentibus reſpectivè tradere debeat.

4 Poſtquam ſufficienti numero memorialia diſtributa fuerint poſt temporis aliquòt requiſitorum receptioni conceſſum, ipſe præparatoriam Congregationem recolligat ſtatis horæ, diei, ac loci opportunitate, idque repetat quouſque neceſſarium fuerit. Congreſſus ejuſmodi per octiduum ſaltèm antè examen generale terminentur, ut requiſitum aliquod fortè deficiens ſuppleri, aut refici valeat. Quæ verò memorialia poſthæc perata fuerint, cum eis recognoſcendis tempus ultrà non ſuppetat, proximæ ſequentis Ordinationis congreſſibus reſerventur.

5 Diſcuſſis, ac benè probatis in Congregatione præparatoria Ordinandorum requiſitis Secretarius in peculiari libro, cui titulus: *Reſolutiones Secretæ Congregationis Ordinandorum*, nomina promovendorum notabit, quorum requiſita jàm in Congregatione præfata, recognita, examinata, & admiſſa fuerint, itaùt in alia coràm Eminentiſſimo Domino (cum à Secretario de diſcuſſionibus ejuſmodi peractis certioratus fuerit) demùm habenda, ea omnia referri valeant. Quod ergò pro ſingulis decernetur, juxtà diſtinctas Ponentium claſſes, præfatis nominibus Secretarius itèm adſcribet.

De Officio Conſultorum.

1 CONſultores electi, atque Ordinandorum Congregationi præpoſiti, ſedulò recolant, quale miniſterium eorum diſcretioni tra-

Digitized by Google

tradatur, nil enim Præſulatui Eccleſiaſtico gravius, vel magis intimum, quam libram ſanctuarii commendare, eorumque examen committere, qui tandèm, virtute ex alto tributa, Divinis muneribus decorentur. Caveant ergò nè unquàm humanitate, aùt ſaltèm negligentia traducti, ſuis minimè conſcientiis conſulentes, viros tot charismatibus impares, aùt indignos in duces Populorum, Medicos animarum, nec ſanguinis Hircorum, aùt Vitulorum, aùt veterum hoſtiarum, ſed Agni immaculati ſacrificos, ac myſteriorum Dei diſpenſatores inaugurandos exponant.

2 Ponentes advertant, nùm ſupplices libelli ad formam Inſtructionis ejuſmodi fuerint exhibiti, aliàs eos corrigi mandent: ex adiiciendis enim notitiis circà ſecretò perveſtigandam Ordinandorum vitam, ac Patrimonium, aliaſvè qualitates lumen habebunt.

3 Pro diſpenſationibus interſtitiorum, ſi quando petuntur, cauſas exprimi facrãt, ac teſtificationes adduci, de quibus in Inſtructione latiùs.

4 Ordinandis injungant, ut duos Conſultores collegas adeant, ut agnoſcantur, modo quo ſuprà.

5 Diligentèr advertant, ut fides expoſitæ contineant accuratè tempus, ac vices, proùt in Inſtructione peculiariùs traditur, eamque ſempèr præoculis habeant, & præcipuè mo ita de vita, & moribus obſerventur.

6 Si ex perquiſitione laicalis, ſivè Curiæ Archiepiſcopalis conſtabit Ordinandum fuiſſe aliàs inquiſitum, etſi ab Iudicio abſolutum, id Ponentes, ſivè Conſultores peculiaritèr enunciare debeant, cum nota temporis, ac facti, ut Ordinandi vita ex præteritis actionibus eluceſcat.

7 Conſultores præfatos haud contentos eſſe ſufficiat patentibus, quæ adducuntur, teſtificationibus, verùm ut ſecretò, ac extrajudicialitèr ſupèr omnibus, ac ſingulis prudentèr à fide dignis, nèc de veritate, aùt affectione, ſivè fraude ſuſpectis inquirant, ab eis nimirùm, qui ordinandi educationem, & mores optimè noverint.

8 Tempus inſupèr agnoſcant, ex quo Ordinandus, qui ſe priùs laxiori vitæ tradiderat, à malo declinans emendationem vitæ reſumpſerit, & in ea quatenùs, & quantùm perſeverantèr ſe geſſerit, nùm ſecularis vitæ maculis obliteratis novum hominem induerit, ac virtutibus imbui cœperit.

9 Paſsìm Ordinandos, præcipuè tonſurandos, interrogent, nùm ſufficienti doctrina, ac ſcientiæ Sanctorum exercitio confirmentur, ut ſi, quos inſipientes, aùt ignorantes manifeſtè cognoverint, eos Eminentiſ-

ſimo

Digitized by Google

simo Domino certiorato, antequàm fiat examen generale, à suscipiendis Ordinibus valeant reprobare.

10. Secretò, ac fideliter informatus Consultor sibi commissos Ordinandos distribuat, ac distinctè, accuratèque referre studeat requisita ab Ordinandorum cuipiam præsentata, necnon ea, quæ per industriam suam Consultor ipse quæsierit, & à quibusnam ea sciverit, cum circumstantiis omnibus, quæ ad rem facere ad formam Instructionis, ac præsentium Regularum, atque referenda putaverit. Et si relatorum nomina contrà Ordinandum, quæ poterunt oretenùs enunciari, in ea exarata relatione reticeri quandoque congruum erit. Quæ autèm in præparatoria Congregatione retulerit, sic efformatis relationibus Congregationi coràm Eminentissimo Domino habendæ, modo, quo sequitur, denuò referet, ac etiàm ex eo, quod ceteri Consultores addiderint, confirmentur.

De Congregatione Præparatoria.

1 REceptis, ac examinatis requisitis, ac relationibus, ut suprà formatis, Congregatio præparatoria convocabitur, in qua singuli Ponentes referent Ordinandorum qualitates ad Instructionis tenorem, & juxtà partitionem eis antè tributam. Quod si requisitum aliquod ex patentibus desit, juxtà Congregationis judicium suppleatur, in quo Ponentes suos admoneant Ordinandos. Si autèm secretæ informationes deficient, pleniùs adhibeantur, ut Eminentissimus Dominus in Congregatione postrema de singulis uberiùs certioretur.

2 Si requisitum aliquod ex causa deerit, specialitèr adnotetur, ut in eo, vel si opus erit, dispensetur, vel Instructionem servandam rescribatur, & is ea vice à promovendis secernatur, proùt magis in Domino visum fuerit expediens.

3 In præparatoriis Congregationibus Consultor quisque ea, quæ prudenti zelo proponenda censebit, omninò referat, ac proponat, eaque maximè, quæ Instructionis, ac Regularum præsentium executionem pleniùs valeant promovere.

De Congregatione coràm Eminentissimo Domino habenda.

1 POstquàm requisita discussa, ritèque probata in Præparatoria fuerint, ac votum Congregationis accesserit ea Eminentissimo Domino referendi, Congregatio habebitur, in qua Ponens quisque suas relationes maturè digestas, propriaque manu subscriptas deferat in Congregatione legendas. Methodus erit. Incipiet quis ex Ponentibus

Digitized by Google

primò referre de Subdiaconis, secundò de Diaconis, tertiò de Presbyteris: ac subsequetur alter, ac ceteri, eodem pariter ordine. Hisque peractis, idem, qui primus fuit subsequetur de tonsurandis sibi commissis referre, itidemque ceteri subsequentur, sicque postremò de Minoribus Ordinibus fiet.

2 Præfatis relationibus habitis, auditisque Consultorum omnium votis, eorumque præsertim, qui peculiariter ad informandum de singulis designati fuerint, attentisque omnibus, quæ à ceteris Consultoribus, pro quolibet subdere visum fuerit, matura consideratione præmissa, quos magis idoneos ipse Eminentissimus Dominus noverit, ea vice, reservato tamen super doctrinam examine, ad Ecclesiasticos Ordines eligere valeat.

3 Resolutiones tamen sic, ut præfertur emanatas, idem qui supra, Secretarius registrabit, atque eorum, qui admissi fuerint, notam perficiet, qua examini dirigantur. Memorialia tamen, & requisita omnia, ad Archivium deferantur de more. Relationes verò secretæ quæcumq; per Secretarium conserventur, ut opportunitate cogente, perlegi valeat quid jam fuerit aliàs discussum, tunc maximè cum iidem Ordinandi ad superiores Ordines ascendere postulabunt.

Formula Juramenti Consultorum Congregationis Secretæ pro Ordinandis Civitatis, & Diœcesis Neapolitanæ.

EGo N.N. constitutus coràm Eminentissimo, & Reverendissimo Patre, ac Domino D. Iacobo S.R.E. Cardinali Cantelmo Archiepiscopo Neapolitano, tactis per me Sacrosanctis Dei Evangeliis, juro, & promitto me fidelitèr gesturum munus, & officium Consultoris in Congregatione secreta pro Ordinandis hujus Civitatis, & Diœcesis Neapolitanæ, & non revelaturum verbo scripto, aùt alio quovis modo suffragia, vel suffragium ab aliis Consultoribus lata, nec mea à me lata, vel ferenda, sivè sint inclusiva, sivè exclusiva, sivè alterius cujuslibet generis, nec etiàm suppressis nominibus illorum, qui ea tulerint, nec loquuturum, nisi cum eiusdem Congregationis Consultoribus de iis, quæ tàm in Congregatione Præparatoria, quàm in habenda coràm præfato Eminentissimo Domino, acta, dicta, seù relata, mediatè, vel immediatè, quocunque modo fuerint, exceptis resolutionibus captis, quas Eminentissimus Dominus iusserit, vel Congregatio Præparatoria censuerit ad notitiam

Digitized by Google

tiam Ordinandorum esse ducendas, nec nomina eorum revelaturum, à quibus Relationes, vel alia notitia quacumque ore, vel scriptis, aut alio quocumque modo accepta fuerint. Et omnia, & singula præmissa iuro, & promitto sub periurii, & excommunicationis latæ sententiæ pœnis, à quibus non nisi à dicto Eminentissimo Domino absolvi possim. Sic me Deus adiuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Secretarius Sacræ Ordinationis addit.

INsuper Ego N.N. Secretarius Sacræ Ordinationis iuro, & promitto me fideliter distributurum memorialia Ordinandorum mihi à præfato Eminentissimo Domino directa, & per me ad formam Regularum eiusdem Congregationis inter præfatos Consultores distribuenda, & nunquàm ad libitum, sivè petitionem tacitam, vel expressam Ordinandorum, sivè ad aliorum intercessionem, ea transmissurum ad illos Consultores, quos iidem Ordinandi per se, sivè per alios, voce, seù scripto directè, vel indirectè petierint, sed ut magis in Domino expedire censuero, illa distributurum. Sic me Deus adiuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

IX.

Lettera della Sacra Congregazione sopra Vescovi, e Regolari d'ordine d'Innocenzo XI. per l'Esercizii Spirituali da farsi da gli Ordinandi, e Monacande.

Ad P. 2. cap. 8. de Sac. Ordinis, & P. 4. cap. 6. de Sanctimonialibus.

Foris. *All Eminentissimo, e Reverendissimo Sig.mio Osservandissimo. Il Sig. Cardinal Caraccioli Arcivescovo di Napoli.*

Intùs verò. *Eminentissimo, e Reverendissimo Sig.mio Osservandissimo.*

LA Santità di Nostro Signore, che con paterna sollecitudine riflette del continuo à tutti quei mezzi, che possono cõtribuire alla maggior sicurezza della salute dell'anime, conoscendo col suo santo zelo quanto sia necessario un precedente divoto raccoglimento di spirito per degnamente prepararsi, tanto in ordine alli Promovendi al ricevimento degli Ordini, quanto rispetto alle Spose di Christo al vestir l'habito, e professare lo stato Religioso; Vuole, e comanda, che tutti li Promovendi si à gl'Ordini Minori, come Sagri debbano per dieci giorni continui avanti l'ordinazione ritirarsi à fare gl'Esercizii Spirituali nel-

Digitized by Google

l'istessa conformità prescritta alli Promovendi in Roma nella Constituzione 126. della s.m. di Alessandro VII. che comincia: *Apostolica solicitudo, &c.* E che parimente tutte quelle, che vorranno farsi Monache in qualsivoglia Monastero, anche soggetto a' Regolari, siano tenute fare li detti Essercizii Spirituali per dieci giorni avanti, che ricevano l'habito, e siano ammesse al Noviziato: E che li medesimi Essercizii si debbano ripetere per l'istesso spatio di dieci giorni avanti, che siano ammesse alla professione, alla quale la Santità sua comanda, che non devano esser ricevute, se prima non haveranno adempita questa santa preparazione. Desidera inoltre sua Beatitudine, che si procuri con tutte le diligenze possibili, ma con modi soavi, e discreti, che ancora tutte le Monache professe una volta l'anno almeno per qualche tempo, che si stimarà opportuno, faccino li medesimi Essercizii per la rinovazione dello spirito tanto necessaria à chi con essersi rinchiusa ne' Sagri Chiostri deve professare lo stato di perfezione. Resterà per tanto servita V. Em. di dar pronta essecuzione à comando sì santo di sua Beatitudine, mentre per fine li bacio humilmente le mani. Roma 9. Ottobre 1682.

Di V. Em.

Humiliss.e Divotiss. Servitore
C. CARD. FACCHENETTI.
B. Panciatichi Segr.

X.

Decretum pro Regularibus Ordinandis.

Ad cit. Par. 2. cap. 8. de Sacr. Ordinis.

DE mandato SS. D. N. Clementis Divina Providentia Papæ VIII. tenore præsentium mandatur omnibus, & singulis quorumcumque Regularium Superioribus, ut de cetero observent, & observari faciant ea, quæ in Decreto Sac. Congregat. Concilii Tridentini continentur, cujus tenor est talis.

Congregatio Concilii censuit Superiores Regulares posse suo subdito itidèm Regulari, qui præditus qualitatibus requisitis, Ordines suscipere voluerit, literas dimissoriales concedere; ad Episcopum tamèn Diœcesanum, nempè illius Monasterii, in cujus familia, ab iis, ad quos pertinet, is Regularis positus fuerit, & si Diœcesanus abfuerit, vel non esset habiturus Ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum, dùm

Digitized by Google

tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem Dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Diœcesanus, vel absfuturus, vel nullas habiturus esset Ordinationes. Verùm cum à Superioribus Regularibus, Episcopo Diœcesano absente, vel Ordinationes non habente literæ dimissoriæ dabuntur, in eis utique hujusmodi causa absentiæ Diœcesani Episcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam esse; quod qui non fecerint, officii, & dignitatis, seù Administrationis, ac vocis activæ, & passivæ privationis, ac alias arbitrio ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ reservatas pœnas incurrant. Dat. Romæ 15. Martii 1599.

In Regest. Concil. Trid. fol. 9.

XI.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI INNOCENTII PAPÆ XII.

Constitutio, qua plura declarantur, ac præscribuntur pro tollendis abusibus, & fraudibus circà Ordinationes alienorum Subditorum.

INNOCENTIVS Episcopus Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

SPeculatores Domus Israel, quæ est Sancta Dei Ecclesia, per ineffabilem Divinæ Bonitatis abundantiã constituti, eò potissimùm ab ipsis Pontificatus Nostri primordiis Pastoralis vigilantiæ nostræ studia convertenda esse duximus, ut, qui in sortem Domini vocantur, sacrisque addicuntur ministeriis, quippè quos irreprehensibiles esse convenit; ut præesse valeant corrigendis, ac in quos tanquàm in speculum reliqui oculos coniiciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur, tales sint, qui dignè possint Dominica Sacramenta tractare, ac ædificent cunctos, tàm fidei scientia, quàm operum disciplina.

1 Sanè hoc inito consilio, non alios, quantum fieri potest, quàm qui in sanctitate, & justitia per ordinatissimos Ecclesiasticæ Militiæ gradus statis intervallis ambulaverint, ac piè, & fidelitèr in ministeriis anteactis se gesserint, ad Sacerdotium assumi, sacrasque ordinationes, juxtà pri-

priſcum Eccleſiæ morem, præſcriptis à jure temporibus orationi, & je-junio conſecratis, haberi cupientes, ſeveriorem quamdam in concedendis Indultis, ſuſcipiendi ſacros Ordines extrà tempora hujuſmodi, & interſtitiis ad id deſignatis minimè ſervatis, ultrò Nobis propoſuimus adhibendam rationem; qua videlicèt ſervata, ante meritum laboris, ante tempus examinis, ante experientiam diſciplinæ Sacerdotalis honor non probatis minimè tribuatur, nèc unquàm heri ſacrilegi, hodie Sacerdotes, heri prophani, hodiè ſacrorum Antiſtites, veteres vitio, virtute rudes, & recentes, diſcipuli ſimùl, ac Magiſtri pietatis creentur; ſed ii tantùm, juxtà conſtitutas à Majoribus Leges, ab humili gradu fidelis Populi ad ſacrarum adminiſtrationum ſublimitatem promoveantur, qui poſt mutatum habitum ſecularem diuturna converſatione intèr Clericos fuerint comprobati, ac multo tempore didicerint, quæ poſtmodùm alios docere tenentur; Ceterùm per ea ipſa Indulta, quæ lupèr præmiſſis parciùs quidèm, ac ex certis tãtùm, & magis rationabilibus cauſis cõcedere decrevimus, contraria quavis illorum interpretatione penitùs improbata, ſalutarem illam, quam ſacri Generalis Tridentini Concilij Decreta, de non ordinandis ad patrimonii titulum, niſi illis, quos Epiſcopi pro neceſſitate, vel commoditate ſuarum Eccleſiarum alluméndos judicaverint, præſcribunt diſciplinam, nequaquàm relaxatam intelligi; quinimò nec unquàm ad Indulta hujuſmodi exequenda Epiſcopos ipſos arctare, ſed illorum executionem arbitrio ſempèr eorumdem Epiſcoporum, quorum conſcientias hac in re ſtrictiſſimè oneratas voluimus, prorſùs relinquere declaravimus; ſperantes in Domino eos, qui, juxtà Apoſtoli monitum, nemini citò manus imponendas eſſe probe norunt, ſibi, & univerſo gregi attendentes, in quo eos poſuit Spiritus Sanctus regere Eccleſiam Dei, reverenda ipſis ſpiritibus Angelicis miniſteria ab hominibus ſine conſideratione apprehendi nunquàm permiſſuros, nec temere præripi paſſuros, quæ vita probata dumtaxàt accipere promeretur.

2 Omnes inſupèr, & ſingulos cujuſcumque tandèm gradus, ordinis, & dignitatis fuerint, quibus ex hujus Sanctę Sedis gratia ſacros Ordines prętatos extra eadem tempora conferendi, vel aliis, ut illos ſic conferre valeant, indulgendi poteſtas fieri conſuevit, cum Divinos Ordines largiri diſtricti ſempèr eſſe judicii oporteat, ſeriò monitos voluimus, ut prętcriptos ſibi deſupèr in ſuis quique facultatibus terminos religioſè cuſtodiant, nec eos cujuſvis conſuetudinis, aùt exempli prętextu ullatenùs tranſgrediantur.

3 Ve-

Digitized by Google

3 Verùm quò impensiùs Apostolicæ gubernationis curam, & cogitationes in hæc intendimus, eò majori cum animi nostri dolore ex quamplurium Venerabilium Fratrum nostrorum Archiepiscoporum, & Episcoporum in diversis Regionibus existentium delatis ad Nos querelis accepimus, graviora quotidiè malignari inimicum in Sancto, sacrilega scilicèt illorum impudentia in dies crescente, qui propriæ salutis immemores, Clericales Ordines sibi forsàn à propriis Præsulibus denegatos, seù quos, aliquibus canonicis sibi obstantibus impedimentis, denegari meritò verentur, ab alienis Episcopis, non quæ Iesu Christi, sed eas, quæ ad ipsos non pertinent, Oves, in animarum suarum perniciem quærentibus, nec tot canonicas damnationes contrà usurpantes alienæ plebis hominẽ latas perhorrescentibus, absque suorum Prælatorum commeatu, hoc est dimissoriis, commendatitiisve eorum literis destituti, quinimmò eis insciis, & sæpè etiàm invitis, sub minus legitimis Beneficii Ecclesiastici, Originis, Domicilii, seù etiàm familiaritatis, ac continuæ Ordinantium Episcoporum commensalitatis quæsitis titulis, in sacrarum legum fraudẽ, & contemptum, illegitimè suscipiunt, atque ità non intrantes per ostiũ, & nihilominùs Tabernaculum Domini cum macula inhabitare non dubitantes, sacrificium in sacrilegium convertunt, judicium absque misericordia sibi conscisunt, Deoque minimè placentes, & tamèn placare velle præsumentes, non modò eum non placant, sed magis irritant, dùm videntur in cordibus suis dicere: Non requiret.

4 Hinc est, quod Nos ex commissæ Nobis divinitùs Apostolicæ servitutis munere, abusus, fraudes, ac scandala hujusmodi penitùs, & omninò è medio tollere, ac irreligiosam contrafacientium audaciam, quantùm Nobis ex alto conceditur, compescere, & reprimere volentes, necnon fel. rec. Vrbani VIII. contrà malè ordinantes, & malè ordinatos, quæ incipit: *Secretis*, aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, ac etiàm Conciliaribus hac in re editis Constitutionibus, & Ordinationibus inhærentes, illasque, quoad ea, quæ præsentibus non adversantur, quatenùs opus sit, innovantes; de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium ejusdem Concilii Tridentini interpretum, qui quæcumque antehàc super præmissis ab ipsorum Cardinalium Congregatione in particularibus casibus edita decreta, declarationes, seù respõsa ad earumdem præsentium limites reducenda esse censuerunt, consilio, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris,

Digitized by Google

ſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ad Omnipotentis Dei gloriam, Eccleſiæ utilitatem, veteris diſciplinæ inſtaurationem, totiuſque Chriſtiani populi ædificationem, hac generali noſtra, & perpetuo valitura Conſtitutione, decernimus, & declaramus.

5 Nulli Epiſcopo, ſeù cujuſvis loci Ordinario, tametſi Cardinalatus honore fulgeat, licere exterum quempiam, ac ſibi ratione Originis, ſeù Domicilii, juxtà modum inferiùs declarandum, legitimè contracti non Subditum ad Clericalem tonſuram promovere, cujuſvis Beneficii Eccleſiaſtici ei ſtatim, ac tonſura hujuſmodi inſignitus fuerit, conferendi, ſeù ad quod is à Patronis jàm præſentatus, ſeù nominatus fuerit, prætextu, etiàm ſi Beneficium prædictum de novo ea expreſsè adjecta lege fundatũ fuiſſe conſtiterit, ut quis immediatè poſt Clericalem characterem ſuſceptum ad illud inſtituatur.

6 Prætereà Clericum, qui legitimè jàm à proprio Epiſcopo ad eamdem Clericalem tonſuram, ſeù etiàm ad minores Ordines promotus fuerit, non poſſe ab alio Epiſcopo ratione, ac titulo cujuſcumque Beneficii in illius Diœceſi obtenti ad ulteriores Ordines promoveri, niſi ante eorumdem ſuſceptionem Teſtimoniales literas proprii Epiſcopi, tàm Originis, quàm Domicilii ſuper ſuis Natalibus, ætate, moribus, & vita ſibi concedi obtinuerit, eaſque Epiſcopo Ordinanti in actis illius Curiæ conſervandas exhibuerit. Licèt verò Clericus ratione cujuſvis Beneficii in aliena Diœceſi obtenti ſubiici dicatur Iuriſdictioni illius Epiſcopi, in cujus Diœceſi Beneficium hujuſmodi ſitum eſt, eam tamèn de cetero hac in re inconcuſsè ſervari volumus Regulam, ut nemo ejuſmodi ſubjectionem ad effectum ſuſcipiendi Ordines acquirere cenſeatur, niſi Beneficium prædictum ejus ſit redditus, ut ad congruam vitæ ſuſtentationem, ſivè juxtà Taxam Synodalem, ſivè, ea deficiente, juxtà morem Regionis pro promovendis ad Sacros Ordines, detractis oneribus, per ſe ſufficiat, illudque ab Ordinando pacificè poſſideatur, ſublata quacumque facultate ſupplendi, quod deficeret, fructibus ejuſdem Beneficii cum adjectione Patrimonii, etiàm pinguis, quod ipſe Ordinandus in eadem, ſeù alia quavis Diœceſi obtineret; ac Epiſcopus ſic ordinans, tàm de prædictis Teſtimonialibus Literis, quàm de redditu Beneficii hujuſmodi expreſsam in conſueta collatorum Ordinum atteſtatione mentionem facere debebit.

7 Ceterùm Subditus ratione Originis is tantum ſit, ac eſſe intelli-

ga-

Digitized by Google

gatur, qui naturalitèr ortus eſt in ea Diœceſi, in qua ad Ordines promoveri deſiderat, dummodò tamèn ibi natus non fuerit ex accidenti, occaſione nimirùm Itineris, Officii, Legationis, Mercaturæ, vel cujuſvis alterius temporalis moræ, ſeù permanentiæ ejus Patris in illo loco, quo caſu nullatenùs ejuſmodi fortuita nativitas, ſed vera tantùm, & naturalis Patris origo erit attendenda. Quod ſi quis tanto temporis ſpatio in eo loco, in quo ex accidenti, ſicùt præmittitur, natus eſt, moram traxerit, ut potuerit ibidèm canonico aliquo impedimento irretiri, tùnc etiàm ab Ordinario ejus loci literas Teſtimoniales, ut ſuprà, obtinere, illaſque Epiſcopo ordinanti per eum in collatorum Ordinum Teſtimonio ſimilitèr recenſendas præſentare teneatur. At ſi Pater in alieno loco, ubi ejus filius natus eſt, tamdiù, ac animo permanſerit, ut inibi verè Domicilium de Iure contraxerit, tùnc non origo Patris, ſed Domicilium per Patrem legitimè, ut præfertur, contractum pro Ordinatione ejuſdem filii attendi debeat.

8 Subditus autèm ratione Domicilii ad effectum ſuſcipiendi Ordines is dumtaxàt cenſeatur, qui, licèt alibi natus fuerit, illud tamèn adeò ſtabilitèr conſtituerit in aliquo loco, ut, vel per decennium ſaltèm in eo habitando, vel majorem rerum, ac bonorum ſuorum partem cum inſtructis Ædibus in locum hujuſmodi transferendo, ibique inſupèr per aliquod conſiderabile tempus commorando, ſatis ſuperque ſuum perpetùò ibidèm permanendi animum demonſtraverit; & nihilominùs ulterius utroque caſu ſe verè, & realitèr animum hujuſmodi habere jurejurando affirmet. Si quis tamèn à propriæ originis loco in ea ætate diſceſſerit, qua potuerit alicui canonico impedimento obnoxius effici, etiàm Ordinarii ſuæ originis teſtimoniales literas, ut ſuprà, afferre debebit, ac de illis expreſſa ſimilitèr mentio in ſuſceptorum Ordinum Literis facienda erit.

9 Ad hæc nullus Epiſcopus alienæ Diœceſis Subditum Familiarem ſuum ad aliquos Sacros, ſeù Minores Ordines, vel etiàm primam tonſuram promovere, ſeù ordinare præſumat abſque ejus proprii originis ſcilicèt, ſeù Domicilii Prælati Teſtimonialibus literis, ut ſupra, & niſi ad præſcriptum Concilii Tridentini præfati ſeſſ. xxiii. cap. ix. De Reform. Familiarem prædictum per integrum, & completum triennium in ſuo actuali ſervitio ſecùm retinuerit, ac ſuis ſumptibus aluerit; Beneficium inſupèr, quod ei ad vitam ſuſtentandam, juxtà modum ſuperiùs præfi-

Digitized by Google

nitum, ſufficiat, quacumque fraude ceſſante, ſtatim, hoc eſt ſaltem intrà terminum unius menſis à die factæ ordinationis, re ipſa illi conferat, ac in Ordinationis hujuſmodi Teſtimonio expreſſam itidèm familiaritatis, ac literarum prædictarum mentionem facere teneatur.

10 Porrò, ut quicumque fraudibus aditus omninò præcludatur, volumus, & Apoſtolica Authoritate ſtatuimus, atque decernimus, ut Epiſcopus quilibet ſuos ratione originis, ſivè Domicilii Subditos Clericos quoſcumque ab alienis Epiſcopis quavis authoritate, etiàm cum ſuis commendatitiis literis promotos, nedùm ad formam Concilii Tridentini ſupradicti ſeſſ. xiv. cap. iii. De Reformat. quoad ſcientiàm examinare valeat, verùm etiàm Ordinum eis collatorum teſtimoniales literas, gratis tam èn, recognoſcere, ac diligentèr perquirere, an quoad illos præſentis Conſtitutionis forma, & diſpoſitio adimpleta fuerit, aſſignato ſic promotis termino competenti ei magis beneviſo ad docendum de ejuſmodi adimplemento, ita ut quos eo termino elapſo id minimè præſtitiſſe comperit, à ſuſceptorum Ordinum exercitio, ſi ita, & quamdiù ei expedire videbitur, ſuſpendere, illiſque, nè in Altari, aùt in aliquo Ordine miniſtrent, interdicere poſſit.

11 Ità verò præmiſſa omnia, & ſingula perpetuò, ac inviolabilitèr obſeruari, atque adimpleri volumus, ut ſi quid in iiſdem præmiſſis, ſeù eorum aliquo ſecùs fiat, Ordinans quidèm à collatione Ordinum per annum, Ordinatus verò à ſuſceptorum ordinum executione, quamdiù proprio Ordinario videbitur expedire, eo ipſo ſuſpenſus ſit, aliiſque inſuper gravioribus pœnis pro modo culpæ noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis arbitrio infligendis uterque ſubjaceat.

12 Decernentes paritèr eaſdem preſentes literas ſempèr firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſimè, & inviolabilitèr obſeruari. Sicque, & non alitèr per quoſcumque Iudices ordinarios, & Delegatos, etiàm Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S.R.E. Cardinales, etiàm de latere Legatos, ac Sedis præfatæ Nuncios, alioſuè quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcien-

Digitized by Google

scientèr, vel ignorantèr contigerit attentari.

13 Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis, etiàm juramento, confirmatione Apostolica, aùt quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiàm derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiàm motu, scientia, & potestatis plenitudine, paribus in genere, vel in specie, seù aliàs quomodolibèt in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiàm si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individuâ, ac de verbo ad verbum, non autèm per clausulas generales idem importantes, mentio, seù quævis alia expressio habenda, aùt aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur, nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita observata, eisdem præsentibus pro expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxàt specialitèr, & expresè derogamus, ceteriisque contrariis quibuscumque.

14 Volumus autèm, ut præsentes Literæ in Valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Florę de Vrbe, ut moris est, publicentur, & affigantur, sicquè publicatæ, & affixæ, omnes, & singulos, quos illæ concernũt, perindè arctent, & afficiant, ac si unicuique eorum nominatim, & personalitèr intimatæ fuissent; Quodque earumdem præsentium transumptis, seù exemplis, etiàm impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsùs fides, tàm in iudicio, quàm extrà illud, ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

15 Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum Decretorum, Declarationis, Voluntatis, Statuti, & Derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autèm hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud

Digitized by Google

Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quarto, Pridiè Nonas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno quarto.

B.CARD.PRODAT. I.F.CARD.ALBANVS.

Viſa de Curia I.Sacripantes.

D.Ciampinus.

Loco ✠ Plumbi.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

XII.

Inſtructio pro examine illorum Teſtium, qui inducuntur pro contrahendis matrimoniis, tàm in Curia Eminentiſs. & Reverendiſs. D. Card. Vrbis Vicarii, quàm in aliis Curiis ceterorum Ordinariorum.

Ad Part.2. cap.9.de Sacram.Matrimonii.

Feria V.Die 21.*Auguſti* 1670.

In Congregatione generali S.Romanæ, & Vniverſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis, coràm Sanctiſſimo Domin.Noſtro D.Clemente Divina Providentia Papa X. ac Eminentiſs. & Reverendiſs. DD.S.R.E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana contrà hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialitèr deputatis.

CVM aliàs per Sacram Congregationem Sancti Officij iteratis Inſtructionibus ab eadem emanatis de anno 1658. *&* 1665. *locorumque Ordinariis tranſmiſsis, proviſum fuerit, ut preſcriptis Interrogatoriis faciendis Teſtibus, qui ad probandum ſtatum liberum contrahentium matrimonium inducuntur, omnis prorsùs ſecluderetur aditus iis, qui adhùc viuente altero Coniuge, aùt aliàs impediti ad ſecunda illicita vota tranſire ſatagebant: Videns nihilominùs Sanctiſs.D.N. quamplures locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios, & Deputatos ad excipiendas teſtium depoſitiones, necnon Parochos, & Notarios in caſibus expreſsis, aùt omittere, aùt non obſeruare earumdem Inſtructionum tenorem, & licèt aliquandò plenè obſeruent, non tamèn interrogare teſtes ſuper aliis impedimentis dirimentibus.*

Ideò volens Sanctitas Sua prædictis malis occurrere, re maturè conſiderata cum Eminentiſsimis, & Reuerendiſsimis Dominis Cardinalibus Generalibus In-

